et scismaticus sit iure deponendus. et apud deũ sic mereat. non est tñ depositus de facto ante sñiam. nõ v. q. iiij. Noue et glose sup b vbo Exẽpla sunt multa in sibus materijs de epis aut inferioribus pñcipibus aut plãtis Or siqs diceret nõ esse expectandã sñiam a iure latam dũ ferat a iudice dũ notoriũ factũ est Jstud dicere est ɔfundere oẽm ordinationẽ policie et contra oẽm eccie regulã Naz quilibet ad libitũ dicere poterit de nõ notorio qꝺ est notoriũ. et sic quilibet erit iudex in cã sua Sic ad ꝓpositũ pñs possem⁹ applicare Nã multa dicũtur a multis esse notoria crimina cõtra bñdictũ que alij vel negãt vel aꝓbant Deinde dicẽtes qꝺ papa heretic⁹ minor est q̃cunqȝ catholico et iurisdictioni eccie subest. intelligũt qꝺ ab alijs põt vt inferior iudicari. sed ante iudiciũ debȝ semꝑ reputari maior Nõ eniȝ insequimur errorẽ quorundã dicentiũ iniustũ non posse iuste dñari Jura ad hec nõ allego. quia totus textus libri ɔciliorũ ab ysidoro plenus est qꝺ ɔciliũ nullũ robur hȝ nec põt ɔuocari nisi auctẽ pape. et qꝺ etiã ante omnia spoliatus debȝ restitui Jn ꝓlogo vocat istas duas regulas duas claues et duos gladios sufficientes ꝛc. Et est casus in ɔminis de simaco papa. qui licet accusat⁹ esset de heresi ɔuocauit conciliũ ꝛ ante oĩa restitut⁹ est Postmodũ se purgauit Repit etiaȝ qꝺ clerus rhõnus scȝ cardinales puniti sunt eo qꝺ a papa discesserant. ¶ His suppositis arguam⁹ vltra quomõ dñs bñdictus ɔuocabit conciliuȝ stans in carcere et spoliat⁹ vt dicitur Qualiter etiã illi qui nõ restituunt obediam iã subtractaȝ sibi parebunt Qualiter etiam ipsemet in causa sua audietur vt iuris est. si non relaxetur siue detur libertati saltem in cõcilio Qualiter p̃terea poterit multos a cõcilio abijcere vl petere remoueri tãqȝ inimicos sibi spẽaliter ꝓprios fratres dños cardinales Et an causam habeat super hoc ratõnabilẽ videre quid p̃sumendũ ¶ Scdo sic arguit ex parte ɔuocandoꝝ Or si verum sit ꝓuerbiũ Ubi multitudo ibi confusio. p̃cipue hic habet veritatem qñ nõ est vnio sub aliquo capite neqȝ sub eadẽ regula siue lege Sȝ ɔuocandi de diuersis regnis. imo de eodẽ regno nõ cõuenient in iudicio et opinione sup eodẽ capite per realẽ et oĩmodã obediẽtiaȝ vt verisimiliter supponit Et hoc ẽ qꝛ nõ cõueniũt sub eadem regula siue lege que est de subtractiõis rõnabilitate dicẽtib⁹ alijs subtractionẽ bñ factã et ɔtinuandam fore. alijs nõ sic. sed ꝛ male facta fuit Et si bene facta. tñ reb⁹ immutatis. nũc est mutãda. et ita murmur ẽt inter eos. et quis compescet illd? Deniqȝ nondũ scim⁹ an alij principes volent cõuenire nobiscũ p̃sertim ad hoc tractãdũ si p̃sciuerint.

¶ Tractatus

Necesse tñ est vt pficiant. nec presu
mendū est quin ante oīa hoc sci
re flagitent dū ꝓponet eis istud ɔ
ciliū Dī si ab eis veritas celetur ⁊
mendacijs seduci querantur. q̄z in/
decoꝝ hoc esset imo piculosissimū
et scādalosissimū nescit nemo Dī
dicatur eis nos velle tractare an
Benedictus sit verus papa vł scis
maticus et qđ certū putant in du
biū reuocare. verisimilⁱˢ ē φ rñde
bunt se certos esse. nec velle hoc
discutere sicut obedientia ptis in/
trusi nūc vsq3 respondz Ecce igit̄
q̄z difficile sit vel impossibile cōuo
candos in vnā viam ɔiungere ꝓ
discussione negocij qđ loquimur.
¶ Tertio sic arguit̄ ex pte medio
rum in tractando Presupponamꝰ
itaq3 illud qđ non est verisimile φ
oēs vnanimi assensu de ista obe/
dientia velint cōuenire ad cōciliū
ptractando hanc materiā etsi nō
solā tamē p̄cipue et p̄ncipalit̄ istā
Cōstat φ Bñdictus et sui pro se
audient̄ in sui defensione ꝓpterea
vidēdū est ante omnia si ea q̄ op
ponūtur cōn ipm̄ vel opponentur
sint talia que debeant facere fidē
omnibus etiā sibi obediētibus et fa
uētibus. q2 si nō sint talia ⁊ taliter
euidētia non solū frustra imo cōfu
sibiliter ea ꝓponemꝰ / nos qui sub/
tractōnis ɔtinuationē defendimꝰ
et ponemus nos in periculo note
scismatis et ɔdemnationis oppro
briose. Addito φ fauoꝝ amoꝝ
multū impediūt iudicia hominū ⁊
iustoꝝ. licet hoc nō credāt vel vi/
deant Cū ergo maioꝝ ps in ɔcilio
erit de eis qui subtractionem aut
saltē subtractionis ɔtinuationem
reꝓbent. non restat nisi vt cōdem/
nemur Nec valet hoc dicere φ do
minus nō pmittet errare conciliū
qm̄ in eis que sunt facti aut iuris
positiui ⁊ breuiter in oībus alijs
p̄ter q̄z in materijs que sunt pure
de fide ecclesia fallit et fallitur ser
uata charitate Patet cū cōpellit
aliquem habitare cū non sua Iste
vero ꝓpositōnes Subtractio fuit
bene facta vel male facta nō sunt
ꝓpositōnes pure de fide. sed p̄sup/
ponūt alias iniurias que sūt pure
de facto Rursus ad idē si Bene/
dictus accuset̄ de aliquibus. quis
dubitat quin accusabit f̄res suos
et alios aduersarios de pluribus
et forte de maioribus ⁊ magis co
loratis et fundatis tā in materia
fidei q̄z in materia scismatis Exē/
pli gratia Accusabit cardinales
de rebellione ad eū et cōspiratiōe
et crimine machinationū doloſa/
rum. aut de alijs criminibus vt sy
monia et silibus Itē hz q̄daz scri
pta aliq̄ꝝ in q̄bus sūt hereses ma
nifeste dū credūt eūdē impugnare
vt φ soli cardinales sunt successo/
res aploꝝ Dī ecctia tota nō possz
creare papā nisi per mediū cardi/
naliū nec vnq̄z potuit Dī res ex/
presse ꝓhibita a deo si iuret̄ debz
seruari in reuerentiā iuramenti Dī
Iepte occidēs ꝓpriā filiaz meruit

Qz deus pōt obligari Itē de aliis
Qz possūt esse plures summi pōti/
fices Qz decreta ꝛ decretales plꝰ
nocuerunt ecclesie q̄z profuerunt.
Qz claues date sūt vnitati nō vni
Qz ōnis obediēs vel pcurās obe
dientiā ad ipm bñdictū stantibus
terminis in quibus sumꝰ est scisma
ticus. et per ꝯseq̄ns ptinax Qz ꝓ/
babile est stante dubio ꝓbabili et
notorio de aliq̄bus ꝯtendētibꝰ ꝫ
de papatu dicere. ꝙ alteri est obe
diendū. est error in fide et moribꝰ
Nā cū casus pn̄tis scismatis sit in
tali dubio probabili et notorio. si
vnq̄z fuit vel erit tale dubiū. ōnes
qui obediuerūt vsq̄z nūc vel obedi
unt vni pti vel alteri errāt in fide
et moribꝰ Item ꝙ in eodē dubio
quilibet ꝯtēdēs tenet cedere iuri
si qd̄ habet et similia Itē ꝙ a pa/
pa licet appellare. et ꝙ licite appel/
latū est in hac materia Cuiꝰ tamē
oppositū detminauit nup totū cō
ciliū cardinaliū vt dicit Itē forte
accusabunt multi de multis crimi
nibus tā in fide q̄z in moribꝰ que
debent puniri morte. et merentur
sm̄ leges et decreta ꝑpetratores
taliū exheredari ꝓ se et suis poste
ris. et ita videre facile est ꝙ horrē
da scissura fieret Ita tamē debere
fieri in ꝯtractando materias āte/
dictas videt verisimilius Nam si
bñdictus accuset ad mortē et sui
fautores. nōne credibile est atten/
to suo ꝙ alios similit accusabit
ad mortē si poterit Preserti si fau/
tores aliq̄s habeat eorū q̄s accu/
sare voluerit īimicos odiosos imo
et forte accusabit p̄latos regni de
sententiis excōicationis multis et
nomiatim q̄ ꝯsenserūt contra iu
ra vt dicet et cōtra ecc̄iasticā liber
tatē subsidia ꝓ dn̄is tpalibus abs
q̄z causa manifeste nc̄itatis ꝛc.
Prelati ecōtra volent se tueri Vo
lent enī dare beneficia ad nutum
sicut modo et hoc forte bñdictus
nō volet neq̄z sui cardinales Item
forte retorquebit omnia contra p̄
decessorē suū Clementē et sui fau
tores qui contra ipm allegabunt.
saltem quo ad ipa cōcernūt mo/
dos diuersos machinandi pro im
pedimento vnionis. non dico ꝙ
iuste sed nec etiam ꝙ iniuste ꝑcat
ōnibus deus Postremo quo ad
hoc videnda sunt scripta continē
tia rationes contra benedictū. et
videantur similiter responsiones
atque ponderentur Et forte vide
bimus quicquid sit in re ꝙ nō po/
terit sufficienter de heresi aut scis/
mate conuinci. quod tamen exigit
Est enī difficillimū conuincere ali
quem pertinacē et incorrigibilem
fuisse ante iudicium Nam etsi ali/
quis millesies repetiuerit et prote
status fuerit an̄ sententiā ꝙ defen
det errorē suum nec reuocabit. tn̄
admittit ad veniā in pūcto sn̄ie ꝓ
ferēde. si se mōstret penitere ꝛ velle
stare iudicio supioris sui q̄zuis ipe
okan videat oppositum in suo dia
logo suasisse Cōn qd̄ ē vsus et le

ecclie. Quarto sic arguit ex fine ocilij in obediendo Uideam' itaqз sm verā et iustam estimationē Si quilibet de ocilio tenebit maiorē ptem bene sententiasse qntūcūqз sit in sui opprobriū vel damnū vel infamiā Nā cū ocilium etiā totū posset errare vt dictū est in his que tractanda hic ponūtur. nonne poterit leuiter dicē ↄdemnatus in hoc cōcilio. certe cōcilium errauit. concilium male sententiauit Fuit hic iniusticia vel odium vel ignorātia facti vel alicui' similis Considerem' obsecro si ps que subtraxit nec vult obedire condemnaret male egisse aut saltē debere obedire An pareret huic sñie. scio q̄ facile est dicere ita obedirēt Scio q̄ etiā ita obedire possent Sed an hoc debeat sm moralē estimationē et cōiecturam credi ex his q̄ vt in pluribus accidūt hūanitus. viderint qui sic vidēt ego nō video Si vero nihil sententiet irrisoriū et varū erit concilium Si aliquid sententiet quod nō teneatur. erit pniciosū et scandalosissimū p omnibus ocilijs in posterum celebrand. et erit scismatū innumerabiliū et irrepabiliū causatiuū nō solū inter istā obediam in ptibus suis. imo et int istā obediam et alterā. qm remanebim' in irrisione et in infamia apud eos ppetua in fabulā q̄z et derisū Et forte nō poterit esse ↄcordia in modo restituendi qz alij volent ex toto alij ex pte Isti volēt in spūalibus alij in tpalibus Aut ego volum' nos qui subtraxim' restituere obedientiā. et ita melius est q̄ p nos ipos libere faciamus q̄z coacti iudicio. Aut nolumus et ita exponim' nos periculis pactis si petamus cōcilium ¶ Sed dicet aliquis istud cōcilium peti debere nō quod fieri debeat aut sperek. sz q̄ interim absqз scandalo tempus ptrahatur quo currente morietur bñdictus et ita liberabit nos dominus. et eligendi libertatē dabit Posset hic allegari illud vulgatū pueris notissimū In mortē alterius noli spare salutem Quis scit quantum viuet quādo morietur Et interi in quo statu sumus imo in quos status corruimus nemo nō videt Porro et si cras morretur benedict' attendamus incredibilia pericula. Primo dicētur ab inobediētibus sibi q̄ mors eius fuisset proditorie accelerata. et ita suspecti de hoc psequerentur Itez obedientes nūc sibi obedientiā negarēt ab illo qui nouiter esset electus Tum quia dicarent cardinales amisisse ius electionis. tū qz verisilr aliū eligerent p aliqs cardinales qui nō sbtraxerūt Aut forte ad aliā obedientiā se diuerterēt. imo reb' se hñtibus int nos vt se hñt cec' ē qui nō aspicit pculū diuisionis ciuilis in regno frācie q̄lis nō fuit a diebus sue institutiōis Et sane eo piculosior eēt diuisio q̄ magis intranea et q̄ magi. int capita rgni Et q̄

sub specie religiōis fieret Naz tūc expectandū esset illud qđ dicit scriptura Amic⁹ qui vult recedē ab amico occasiones q̄rit Et illđ decreti Scisma disponit ad heresim. qz recedēs ab ecc̄ia errores fingit vt recte discessisse videat̄ Et hoc iaz piculū hēmus in ianuis nisi celeriter ꝛ cautissime puiderim⁹ Addito ꝙ nulla sit implacabilioꝛ ꝛ irremediabilioꝛ diuisio. q̄z illa que fit sub religionis p̄textu In tantū ꝙ in hoc casu puter frater se obsequiū p̄stare deo ꝓsequēdo fratrē Addito p̄terea ꝙ magna ps nedicā maioꝛ nō sponte ꝯsensit in s̄btractionē. Uel nūc duz videt que secuta sunt volūtaria et ꝓnissima ē obedire et reuerti. nec obstat forte ad reuertendū nisi timoꝛ. q̄ sublato et data audacia ipi etiam cū piculo corpis et rerū suarū suam ostēderent volūtatē Quid si descenderimus ad pticularia que scienter omittem⁹. arbitramur indubie ꝙ rei huius ingens et horrēdus pateret aspectus. et stuporē vehemētem sola sui cogitatōne causaret. Ue de regno huic a scandalis. ve pesti scismatice si diuisionez in regno adducat. sicut iā posuit in imperio Sed ve sup̄ modū si nobis hereses parturiat. q̄b⁹ ipm scisma irremediabiliter radicet̄ ꝛ radicatum iugiter alatur crescat dilatet̄ atq̄z roboretur

Ex his oībus hincinde

tactis et insolutis perspicuū est in quali laborinto vix egressibili positi sum⁹. et vinculis vix extricabilibus irretiti. quasi videlz posuerimus in retibus pedes ꝛ in macul̄ eoꝝ āmbulemus iuxta verba Job. Cū igitur angustie nobis sint vndiq̄z et cū ignoramus quid agere debeam⁹. ego in insipientia mea h̄ solū video residui et cōcilij cum iosaphat regc. ij. palipo. xx. vt oculos nostros ad deū dirigamus si forte auertat iram suā a nobis Si forte nō auferat consiliū a prudētibus et seniorib⁹ sicut videt̄ actenus abstulisse Quāuis hoc fieri in tāta peccatorū abominabiliū colluuie. in tam obstinata et incorrecta flagitiorū nephandoꝝ multiplicatione vix expecto ꝛ vix spero. nisi ꝙ misericordie dei nō ē numerus. et solus est medic⁹ qui desperatos morbos ad sanitatem adducit. ne gloriet̄ ante eū stulta presumptō omis carnis. quasi homo pacē effecerit Si quid autē vel in dubio dicere necesse sit pro remedio presenti dicaz sub correctione Uideret̄ itaq̄z ante omia tractandū hoc negociū int̄ dños omnes de sāguine regio. ꝯmuni cōsensu ꝛ absq̄z maliuola aut acerba contētione. cum quibusdam peritis nō nimis hinc vel inde affectatis. Et qui non tantū timerent de statu suo in posteꝝ nec tm̄ affectarēt nouā stat⁹ exaltatōz ꝙ mētiri velle p̄

sumerent inordinato timore odio
vel favore cuiuscūqꝫ Quib⁹ in vnū
cōgregatis et ābulare volētibus
in domo dñi cū osensu.spandū est
in illo qui est deus pacis et dilcō/
nis.et cuius locus in pace factus
est.et qui est in medio eorū qui se
cōgregant in nomie suo.qꝫ ipe ex/
pediens aliq̄d in materia ministra
bit Alioq̄n si seorsū per otentōes
et pcialitates et simultates et cō/
minationes negociū hoc de pace
restauranda tractet.nō nisi diuisio
nes crudeliores et multipliciores
generabūtur et erit immedicabile
vulnus Et tandem qđ dei pietas
auertat sup capita nr̄a dum oten
demus et rixabimur imo duꝫ nos
plus q̄ꝫ hostiliter ad mortē perseq̄
mur.irruent quaquersū hostes ali
eni insidiatores regni huius ad p̄
dandū et vastandum patissimi.et
nos iā nō vt hostes suos ꝫ vt scis/
maticosqꝫ hereticos et saracenos
liberius psequēdos inuadēt vt in
fabulis aquila fecisse fingit de ra/
na et mure certātibus Sit vtinaꝫ
vanus iste timor quē timeo.nec tñ
timere desinā p̄ius q̄ꝫ aliquod re/
mediandi gen⁹ aliud q̄ꝫ q̄ri videā
aspicere meruero.

Finis

Sequūtur quedā per
p̄fatū dñm Johem Gerson edita
tempore scismatis ecclesie

D Aturus occa
sionē sapientibus vt
sapiētiores fiāt.ppo
no eoꝝ examinatiōi
ppōnes negatiuas que sequuntur
sup mat̄ia cōis consilij huius obe/
dientie Ex q̄bus patebit citi⁹ si sit
expediēs aut nō cōciliū hmōi cele
brari.et si sic que cautela debeat
obseruari

Non expedit fieri cōci
liū generale huius obedientie ad
tractandū et sn̄iandū de crimini/
bus domini bn̄dicti sibi per q̄sdā
impositis vtputa de piurio ꝙ scis/
mate et heresi aut de suspicōne ve/
hemēti sup istis Primo qꝛ obediē
tia ista in se et in ptibus suis diui/
sa est circa iudiciū de actis per pa
pam.alijs dicentibus quia bonus
est et sufficienter obtulit presertim
nouissime.alijs contrariū asseren/
tibus.Tractare igitur talia coraꝫ
multitudine taꝫ multipliciť diuisa
esset potius induratio et noua mł
tiplicatio diuisionū.q̄ꝫ illarū seda/
tio.attento ꝙ ita requireret dñs
bn̄dictus fieri sup dictis hereticl.
illoꝝ q̄ sibi ꝯtraxerūt Scđo qꝛ o
ciliū hmōi ad hūc finē.aut fieret

ſm formam preſcriptā a iure. aut
noua inuētione Si p̄mo modo cō
ſtat ꝙ bn̄dictus deberet p̄eſſe etiā
ſub noua ſubmiſſione et tn̄ rebus
ſtantibꝰ vt ſtant nō videt̄ quis lo
cus eſſet aptus ſibi ad ſecuritatē
cū detineat̄ incluſus Nec videt̄ ꝙ
ꝑmanētes in ſubtractiōe ſue voca
tioni obedirent. et ita nihil ageret̄
Si aūt fieret ꝯciliū per nouos mo
dos p̄ter formā iuris nō videtur
modus veriſimilis ante celebratio
nem ꝯcilij quomō p̄lati ⁊ p̄ncipes
in vnū cōcordarent. vno volente
vnū modū altero aliū. et eſſet tra
ctatus in tractādo hoc diſpendio
ſiſſimus ⁊ ſūptuoſiſſimꝰ ſn̄ magno
fructu Tertio qꝛ in deт̄minatione
huiꝰ m̄arie nēe eſſet multa ꝯcurrē
et allegare tāgētia fidē et mores
ſed tales materias non expedit in
hoc cōcilio ventilare ad deт̄minā
dum ꝓut ſtatim dictū eſt Quarto
qꝛ nūc om̄ia p̄nt fieri ad vnitatē
vlem eccīe erga alios ꝓcurandā
q̄admodū ſi tota hec m̄aria eſſet
in ꝯcilio iſto terminata ſiue papa
remaneat ſiue nō attento ꝙ offert
om̄ia qui nouiter electus queciiꝙ
poſſet offerre. imo apud talē aut
pro tali nouiter electo fieri poſſēt
noue colligationes et ꝯfirmatōes
peiores priorībꝰ. et fieret veriſimi
liter noua diuiſio. aut iā facta con
tinuaret̄ in hac obediētia.

Non expedit fieri concilium ad
tractandū deт̄minatiue materias
fidei. R. atō ad hoc qꝛ eſſet dare oc
caſionē ſcādali et p̄iculi magni in
fide nr̄a. ſi aliud determinaret iſta
pars ſiue altera in materia q̄ om̄s
tāgit. et que ab oibus debꝫ ap̄p
bari. quēadmodū patuit de latis
et grecis Facile tn̄ eſſet et ꝟiſimile
ꝙ deт̄minationē in hac p̄te factā
nō ap̄pbaret altera p̄s. p̄ſertim ſi
in aliquo tāgi videret̄ ſtatus eoꝝ
in materia hac ſciſmatis. ſic tamē
tāgeret etiā apud iſtam partē. ⁊
forte ita apud aliā dicūtur multe
aſſertiones de fide in q̄bus eſſet
aduerſiſſima ſn̄ia int̄ diuerſas obe
dientias. imo et inter m̄ltos eiuſdē
obedientie vt ſuper materia appel
lationis a papa. et ſuper eo ꝙ no
lens cedere aut ceſſionem facere
eſt ſciſmaticus. et ꝙ non adherēs
ſubtractōi eſt ſuſpectus de ſciſma
te. vel eccleſie aduerſus. vel in lati
tudine ſciſmaticoꝝ. et ita de ſimili
bus multis Conſtat ꝙ de prima
iſtarū ꝓpoſitionū eſt controuerſia
in regno francie apud theologos
et decretiſtas. ⁊ inter multos de ꝯ
cilio regis et de p̄lamēto. ⁊ alios
de vniuerſitate. et inter ſe mutuo.
et de alijs duabus aſſertionibus
ſimiliter et amplius. q̄m altēa obe
dientia nunq̄ꝫ tales ꝯcederet. imo
reputaret erroneas ꝓpter quod p̄
ſpicuū eſt non eſſe tutū talia deter
minare per modū auctoritatis cō
cilij general' Sed nec deberēt tales
aſſertōes leuit̄ a p̄ticularibꝰ poni
qꝛ reputat̄ hoc ab alijs ad iniuriā
ſuā. ⁊ dicere ꝙ error ſit in fide ſi

asseratur ꝙ stante dubio ꝓbabili de papatu apud scōs cōtendentes alteri sit inherendū. qꝛ non videtur esse possibile mai⁹ dubiuꝫ ꝓbabile ꝗꝫ sit in casu p̄ntis scismatꝭ. et tñ vtraqꝫ obedia dixit obedienduꝫ suo. et ita de siṁlibus. vt ꝙ nō sit alia via humanit⁹ inuenibilis ad sedandū scisma ꝗꝫ via cessiōis cū iam videatur reddita per se ineffitax nisi ↄcurrat saltē conciliuꝫ generale. qd̄ excludere non bn̄ sapere. et qꝛ certe circūstantijs negociorū variatis p̄nt vie et remedia ad vnitatē habendā vario modo repiri. sicut et nēcariū esse experientia p̄ns notum facit

Non expedit fieri cōciliū hmōi ad tractandū reformationē ecc̄ie in moꝛib⁹ per modū deṫminatōis Rō ad hoc ē quo ad multa eadē. sicut ad p̄cedentē ꝓpōem. addito ꝙ refōrtio ecc̄ie vl̄is fieri nō p̄t in moꝛib⁹ sine abolitione multoꝝ statutoꝝ sup excōicationib⁹ et ceṫis traditōnibus nimis multiplicatis que nec obṡuant nec obṡuari p̄nt rōnabiliter vbiqꝫ ꝓpter varietatē moꝝ et tp̄m Et tñ tales remotiones statutoꝝ et canonū ātiquoꝝ aut additōes nouoꝝ fieri neq̄unt rōnabiliter ꝓ tota ecc̄ia sin̄ ↄsensu cōi. alias possit esse statim diuersitas nimia in moꝛibus ⁊ iudicijs ꝗ ad ea q̄ papa et ↄsilia statuerunt. Si vero diceretur ꝙ multa bona p̄nt ibi auisari et discuti sed nō determinari. pauca esset ibi vtilitas in ↄpatione tanti facti. nam pauci viri lr̄ati et ꝓbi faciliter et forte ↄgruētius ista cōsiderarēt extraherent et ordinarent. nolo tñ dicere ꝗn in multis ꝑtibus possit ecc̄ia ꝑ suas ꝑtes reformari imo hoc nēcesset Sed ad hoc agendū sufficerent ↄcilia ꝓuincialia. et ad q̄daꝫ satis essent concilia diocesana et synodalia ꝓut sup hac re iaꝫ aliq̄ scripta sūt et auisata. si quis vellet ad opus manū mittere et ad fortia Sed heu desolatōne desolata est oīs terra. qꝛ nemo est qui recogitet corde. et q̄rūt oēs q̄ sua sūt

Non expedit ꝓ restituēdo obedientiā pape in sp̄ualibus fieri cōciliuꝫ hmōi generale Primo quia videṫ implicatio sicut tactū est ꝙ maneat subtractio hmōi ꝗ papa ꝙ fiat ↄciliū Scd̄o qꝛ facili⁹ ista restitutio ⁊ reductió tractari poterit in solo regno francie. si verū sit ꝙ oīs alij iā restituerūt obedientiā aut in ea ꝑmanserūt. si verū sit etiā ꝙ subtractio nō ē facta pape etiā in regno nisi sub ↄditione explicita vt quidā dicūt aut saltem implicita et que de iure ⁊ equitate debet intelligi Hec ↄditio ē quousqꝫ papa fecit debituꝫ suū et concesserit ea que sibi petebāṫ ⁊ ꝓpter quoꝝ negationē fiebat subtractio Naꝫ cessante cā cessare debet effectus Addito h̄ ꝙ subtractio nullo mō potuit fieri iuste nisi ad finem vnionis tanq̄ꝫ mediū ad hoc nēcariū Alioq̄n tātū malū et insolituꝫ

nullo modo posset a culpa defẽdi Si ergo nũc videatꝫ ꝙ subtractio nõ pꝫest ad vnionẽ. vel nõ est ne/cessaria ꝓpter descensionẽ pape ad ea que petebanꝫ. cessare ipa de bet. q꞉ si rebus stantib⁹ vt stant ex ga pape ꝓmptitudinẽ de cedẽdo nõ pꝫt de nouo fieri subtractio. sic concedẽ hñt aduersarij vt videꝫ. nõ pꝫ aut debet eisdẽ rebus stanti bus eadẽ subtractio ordinari Ter tio q꞉ restitutio hui⁹ obediẽ q̃ ad spũalia fieri cõmodius ꝛ bzeuius pꝫ per assensũ cardinaliũ et recon ciliationẽ mutuã indulgẽdo pꝫita ratificãdo que ratificãda essẽt ad cautelã futuroꝝ et emendationeꝫ securiozẽ pꝫteritoꝝ ꝛ discidiũ fere/ nationẽ ꝛ ad abolẽdũ oẽm infa miã aut rebellionis notã ꝛ quinis in viã pacis cõi aio et eodẽ pede ꝓcederet hec obediẽ dcozdi⁹ quã faciẽdo restitutionẽ debitis mõis nec subtrahẽtes nec ille a quo fca subtractio remanerẽt nõti de tali/ bus. qd̃ difficili⁹ esset euadere. si ꝑ conciliũ aliquod fieret determina tiua decisio.

¶ Nõ expedit ꝯsiliũ talẽ celebrari pro restituendo obediam pape in administrationib⁹ bñficioꝝ ꝛ alio rũ hmõi. q꞉ licet ãnexa sint spũali/ bus. tñ pñt tp̃alia nominari Primo q꞉ rõnes aliq̃ue pozes de nõ expe diendo reformationẽ ecc̃ie vniuer salẽ in mozib⁹ tractare faciũt pro hac pꝫe et ꝑ altero pncipali argu mẽto ad hanc pꝫẽ. tñ aduertendũ est ꝙ etsi cõcederetꝫ papã hr̃e de iure dĩno dominiũ vł̃e spũalium ꝛ tp̃aliũ respectu oĩm Tamẽ cõstat ꝙ ꝑ diuersitate tp̃m et locozum ꝛ statuũ. nec papa nec eccã habueꝛt aut hr̃e dñt in talibus dispẽsatõ nibus aut administrationib⁹ bñfi/ cioꝝ tp̃aliũ iurisdictiõnis siue exer citiũ aut executionẽ aut vsũ Itaqꝫ notũ est ꝙ eccia tp̃e xp̃i et aplozũ nullũ habuit exercitiũ aut executõ nem iuridicã et ciuiliter circa hui⁹/ modi tp̃alia. imo xp̃s pl⁹ videꝫ fa cto et verbo tale exercitiũ iurisdi/ ctionis ciuilis prohibuisse q̃ꝫ pmi/ sisse. licet nõ dicã ꝙ ꝓhibuerit aut oppositũ diffinierit nisi pzo loco et tp̃e Quia enĩ eccia tũc multiplicã da erat per discursũ aplozꝝ ꝛ sine liũ. ideo talis iurisdictio tp̃alis et possessiones fuissẽt eis ad impedi mentũ. et tales sũt ad hoc cõgruẽ tie multe Sed pzo tp̃ozẽ siluestri. et Cõstantini magni placuit dño ad dilatationẽ ecc̃ie inspirare tum constantino ꝙ tales possessiones daret. tũ ecclesie ꝙ reciperet. ꝛ dura uit hmõi dotatio ecclesie vsqꝫ ad tp̃a nr̃a ꝑ successiones sanctissimo rum patrũ Gregozij et Ambzosij et aliozũ quos nõ est credibile in retentione taliũ errasse contra xp̃i iussionẽ Sed longe aliter in pnnti ua dotatione distribuebanꝫ bona talia q̃ꝫ postmodũ tp̃ozẽ platoꝝ qui ceperũt paulatim refrigescere a sanctitate pozũ tandẽ abusi sunt taliter collationibus bñficiozũ ꝛ

hui⁹mōi administratione.ꝙ pape
paulatim et successiue ad se multa
reuocauerūt vsqꝫ adeo.ꝙ finalr̄
datis occasionib⁹ et acceptis q̄s
nō ē hic opus recitare quasi tota
collatio et iurisdictio talis penes
papā et ei⁹ curiā remanebant Jta
vt vix esset p̄latus qui possꝫ mini/
mū bn̄ficiū cōferre Concurrebant
ad hoc exactiones multiplices ꝓ
statu pape et cardinaliū.et si frau
des et abusus et symonie cōmitte
rent relinquo iudicandū expertis
Hec ideirco dixi qm̄ forte aliq̄b⁹
videret̄ ꝙ sit expediēs ecc̄ie vl̄i re
dire oīa ad p̄stinū statū ecc̄e.seu
illius qui fuit tp̄e aploꝝ q̄ntū fieri
cōgrue posset.abiectis talibus iu
risdictionib⁹ ꝓ magna p̄te.q̄ red/
diderunt ecc̄iam totam brutalē et
carnalem.et nihil fere sapientē de
his que dei sūt erga salutē aīaruꝫ
nō ex se quidē sed abutentiū vicio
Uel redeundū esset ad statū ecc̄ie
tp̄e silvestri et gregorij qñ quilibꝫ
p̄lat⁹ dimittebat̄ in sua iurisdictōe
ꝛ sollicitudinis parte et papa tene
bat que sua erāt absqꝫ tot refua/
tionib⁹ tot et cōtinuis magnisqꝫ
exactionibus ꝓ sustinēdo statū cu
rie et capitis nimis forte crescentē
super ceteros mēbroꝝ status Ad
sciendū igit̄ istud cū multis appen
dicijs de ꝓuisione clericoꝝ sufficiē
tiū ꝛc.et ad ꝓuidendū expediēs ē
fieri determinationē et reformatōꝫ
vl̄em ecc̄ie.nā vl̄em statuꝫ tangit
Sed dictuꝫ est p̄us ꝙ reformatio
talis fieri nō debet in ꝯsilio solius
obedie istius Si vero q̄s obijciat
ꝙ istud sic stāte nō p̄t cū eis q̄ dicta
sūt de restitutione obedie quo ad
spūalia.qm̄ esset ita bn̄ periculum
inobedie culpabilis in vno sicut in
alio R̄ndet̄ ꝙ latissima est dr̄a in
spūalibus et tēpalibus quo ad h̄
ꝛ vtinā fuisset bn̄ semꝑ intellecta a
p̄oribus et modernis.forte ꝙ ad/
huc starent greci cū latinis Patet
enim ex p̄ore deductione ꝙ papa
pōt remanere papa vniuersaliter
in perfectione magna imo maiori
q̄ꝫ erat Siluester et tamē nullū ha
bebit exercitiū actuale circa tēpo/
ralia ecclesie vniuersalis per diore
ses quantūcunqꝫ habeat dominiū
vel plenitudinē potestatis in habi
tu.q̄ potestas ex causis certis pōt
cohiberi et arceri.imo debꝫ.ne ex/
eat in actum sed dimittat singula
singulis ministrare Nōne christus
fuit papa perfectissimus.nonne si/
militer petrus.ipsi tamē omne ex/
ercitiū abdicauerunt in se in talib⁹
q̄q̄ꝫ xp̄us cum summa facilitate
illud obtinere potuisset Nihil ēgo
de perfectione status summi pon/
tificis diminuit̄ si pro causa ratio
nali remouetur ad tempus aut sus
penditur sibi tam anxia solicitudo
tot curarū immortaliū et periculo
sissimarū in anima et corpore pro
hmōi exercitio circa temporalia
distribuenda aut conferēda.auge
tur potius sua perfectio.et gratu/
lari profecto deberet in dn̄o Ali/

detur vlterius pro hoc multis φ nō expedit vnū solū caput pesse in tali exercitio administratōnis tpalium. sicut expedit imo sicut necesse est vnū solū pesse in spūalibus respectu omniū Cui⁹ ratio est qꝛ ea que fidei sūt dīt eadez esse apud omnes. et hec identitas et vnitas vix aut nunq̄ꝫ ppetuari pōt nisi recursus esset finalis ad vnū caput Sed de traditionib⁹ humanis ꝓ regimine tpaliū ecclesie totalit̄ oppositū inuenit̄. qm̄ ꝫm varietatem temporū locoꝝ et gentiū et respectuū variande sūt decretales ⁊ ordinationes super collationib⁹ ⁊ regimine taliū tpaliū Ex his omīb⁹ que latius pn̄t deduci ꝓbabiliter vellent aliqui dicere non esse expediens fieri conciliū decisiuū super restitutione vniuersali tēpalis administratōis pape. sed super h̄ debet conciliū vniuersale celebrari. nec oportet illos esse vel dici scismaticos qui occasione data et accidēte talē in tpalibus fecerūt aut faciūt subtractionē. qꝛ etiā stante vnitate ecc̄e talis subtractio cōtingebat. vel in toto vel in pte fieri fortassis debuisset. et hoc si absq̄ꝫ grauiori scissura in spūalibus hoc potuisset cōtingere. et ita sapiētissima lucet in hac pte dei ꝓuidentia. que ex malo scismatis alia bona sciet elicere Et si petat̄ de quo viueret papa interim et cardiales Rn̄detur φ si faciāt debitū suū laborādo et diligēdo inq̄rendo finē scismatis. p̄sumendū est φ cito inuenirēt. et tūc ꝓuidebit eis cōciliū generale qualit̄ erit expediens honestū pro statu tātoꝝ dn̄oꝝ Similiter de mōis ꝓuisionis sufficiētiū clericorum tunc tractandum esset pro futuro.

¶ Nō expedit conciliū p̄fatū fieri tanq̄ꝫ viarū vnionis tm̄mō repertiuuz Ratio est qm̄ materia hmōi iā totaliter aperta est et discussa q̄ ad possibilitatē viarū et rōnabilitatē vel irrōnabilitatē eaꝝ. ⁊ non restat nisi cōuenire istā obediētiaz cum altera in aliqua viaruz Hoc aūt fieri potest si vnq̄ꝫ debeat fieri absq̄ꝫ tali cōcilio huius obediētie qm̄ nō videtur φ alia cōclusio ibidem concluderet̄ q̄ꝫ φ sūmarētur aduersarij de aliqua via assumenda. si eni vna particularis via limitaretur inciderem⁹ in incōueniens quale patimur Ex his oībus non determinatiue positis sed tm̄modo examinatiue videtur sequi. φ nllo modo expedit nunc conciliū istius obedientie fieri nisi forte solum ad habendū liberā in cōsulendo deliberationē. et plenam ꝯcordiaz capitis et membroꝝ ad inuicez sup modo et forma vniendi hanc obedientiā secū et cū alia. et hāc vnionem cōcorditer ꝓsequēdi Ad qd̄ amplius declarandū possēt adduci pticulares circūstantie super diuersis affectionibus ⁊ intētionib⁹ diuersoꝝ. ⁊ super piculo maximo nouarū dissentionū suboriendarū

et vir vnq̄ꝫ sopiēdarū in spūalib⁹ et tēporalib⁹ nisi prius ante omnia limitarent̄ ea que tractanda essent in cōcilio super q̄bus fieret. nisi p̄terea fieret talis prouisio sup pmiss nō determinand. que tangūt fidem et vlem ecclesiam. q̄ cōuocato ↄcilio nulli super ipsam disceptare aut saltem determinare p̄sumerent. Deniqꝫ cōstat aliquos affectare totalē penitus decisionē Bñdicti. ⁊ aliȷ̄ penitus hoc noluit. sed totis viribus obniterent̄. nec est ratio patēs ad sui destitutionē statim sic inueniendā vt dicūt. Restat igit̄ cōi et ↄcordi consilio vel deliberatiōe unanimō q̄rere cū aliȷ̄s viam aliquā in qua nobiscū cōueniant pro vniendo ecclesiā. siue via illa sit conuētio siue cōpmissio hñs vim consiliȷ̄ generalis in modificatione sua. siue concilij generale formaliter. siue cessio siue omēs vie in vnū si debeat perfectus haberi finis prout multi doctores opinant̄. Nā et cessio vt dicūt fieri nequit que vnionē det veram in ecclia sine concilio generali et per dñs neqꝫ absqꝫ cōuentione et p̄sertim renuente cedere altero cōtendētiū qm̄ per concliū taliter artabit̄ quilibet aut artari potērit q̄ requiret̄ eoꝝ ↄsensus. Nā si dissenserint obedire consilio erūt palam scismatici. cū scismatici. erunt deponēdi. Quibus depositis procedendū erit ad nouā electionē liberé fiendā sicut eis a vita separatis aut libere cedētibus. An vero ista

sola causa vltimo tacta sit sufficiens cā ad hoc q̄ expediat aut de nēcitate celebrandū sit hmōi concilij cōe istiꝰ obedie attēta difficultate in conuocādo et expensis et piculis in ↄtinuādo. iudicent illi ad quos spectat. ⁊ incōuenientibꝰ maioribus prudent̄ occurrant. ¶ Ut veritatis flāma ex discussionis ventilatione clarior emergat ponemus ⁊ soluemꝰ obiectiones cōtra viā mediā que prout expedit tacta est. In pmis dicēt aliqui cōn scōm expediēs q̄ absqꝫ discussione eoꝝ que actenus facta sūt nō pt sincere et pro ↄsciarū serenatione illud fieri quod proponit̄. Nā si benedictꝰ ex vna parte cū suis adherētibus aut aliȷ̄ ex altera fiunt culpabiles de scismate aut heresi vel de rebellione aut alio tali vicio. qualit̄ tales absqꝫ recognitiōe proprie culpe et postulatione venie indulgētiaꝫ apud deū et homies merebuntur. nō remittit̄ pena nisi confiteat̄ culpa. Sed rñdemus q̄ hec obiectō friuola est ⁊ sophistica atque fieri posset in omni materia dubia sic fieret ad impediendū viam cessionis libere absqꝫ discussione iustitie. Dicimus igitur s̄m catholicā veritatē q̄ in dubȷ̄s potest fieri confessio sub cōditione et ex tali cōfessione veniam absolutam peccator consequet̄. Addimꝰ ad hec q̄ oia et fere omnia dici possūt dubia in foro exteriori que nondū sūt iudicialiter diffinita. Propterea nullus

erit scrupulus obediẽdo dño Benedicto etiaꝫ vbi fuisset hereticus aut scismaticus si resipisceret. vel si hoc nõ constaret per diffinitiuam sñiam ecclie Similiť de subditis rebellantibus si qui fuissent diceret Quis nesciat multa apud antiqs patres et nũc quotidie tolerari. vt de symoniacis ⁊ alijs que si iudicialr essent vẽtilata et cõuicta tolerari non possent Supaddim⁹ ꝙ tota res pñs magnis dubioꝝ inuolutris cõtecta est ⁊ vtrũqꝫ colorata Sed nec sunt aliqua que ꝓprie et nude tangãt opposita fidei. qu magis in factis diuersis et diuersimode receptis q̃ꝫ in iure cõsistũt Nulli idcirco pñt aut vix possũt de scismate et heresi ꝑtinaces cõuinci in hac parte Deniqꝫ dicim⁹ ꝙ regula magr̃alis theologie non debet nos scrupulis inquietare. vt fiat discussio illa scilꝫ regula ꝙ si illud sit dubiũ an liceat an ñ liceat illõ fieri. si fiat certũ est illud esse pc̃m qm̃ per p̃dicta nõ habebiť rõnabiliť dubiũ de eis que fuerint cõcordata et p̃supponere quilibet aut nõ errasse aut de erratis penitere. et ita in suo honoris gradu iure ꝟ saltim misericordia remanere Ceterum ab alijs scda fieret obiectio contra scdm̃ expediẽs Crimina iniquiũt nõ ita generaliter remanere debent impunita alioquin incentiuũ tribuerẽt delinquẽdi. Sed nec salua consciẽtia forsan potẽit dñs Benedictus ea ratificare aut non infringere que facta sũt. nisi p̃stim venia et nouã cõfirmationẽ singli pro se petant. aut nisi de nouo habilitent et ordinẽtur Sed respondem⁹ ꝙ frequenter p̃cipue in delictis tangẽtibus cõitatem aut homines grandis status consultius tolerant errores omnes. q̃ꝫ vindicari seuero rigore quererent Nũ quid nõ tolerat ecclia meretrices? Nõne hec est exp̃ssa prudentissimi augustini sñia in sc̃ptis suis multis. cui⁹ dicta sicut nec alioꝝ hic non inserimus. quia a clericis satis cognoscũtur. qꝛ insuper magis rõeꝫ quare talia dicta sunt. q̃ꝫ vbi dicta sunt nũc et alias offerre conamur Non deessent rationes ⁊ exempla nisi breuitatis amor obstaret et si non expientia doctrice pateret veritas Preterea quod addiť de cõsciẽtia dñi benedicti satis dissoluitur per hoc idem dictũ ꝙ etiã vbi mala fuissent ꝑpetrata. illa potest salua consciã pro bono ⁊ vtilitate tanti negocij complẽdi tolerando dissimulare. sicut regulariter verũ est ꝙ p̃latus non solũ potest imo debet aliqua agere vel omittere ꝓpter generalem inclinationẽ subditorũ. vbi etiam qñqꝫ mala esset que alias agere vel omittẽ in gñe delictuꝫ sibi verteret Iuxta quod inferunt aliqui ꝙ etiã vbi via cessionis minus bona fuisset. tamẽ ꝓ tentis deliberationib⁹ omniũ subditorũ super postulatione hui⁹ vie dñs benedictus illaꝫ acceptare te

nebatur sicut nūc acceptauit q̄ztū
cunq̄z alias ad eam acceptandaꝫ
non fuisset artatus vel artandus
Sed hoc omittamus. volum⁹ eni
nihil discuti de factis actenus vel
inde Rursus ea que facta sūt in ꝓ
motionibus et similibus durante
subtractione auctorisata sunt per
ordinarios locoꝝ ad quos de iu
re omni spectabāt talia Cur ego
nō poterit dn̄s benedictus ꝑlume
re illos qui a se aut ꝑdecessorib⁹
suis fuerant ad hec electi et ꝓmo/
ti immemores non fuisse sue salutꝭ.
quare nequibit absq̄z scrupulo to
lerare ne dicamus aꝓbare que
facta sunt Deniq̄z quod subiūgit
de venia singillatim postulanda
magis ad verecundā multoꝝ tur
bationē q̄z ad tranquillitatē ⁊ pa
cem. satis esse debebit postulatio
venie generalis et modis hōestis
executa Facit pro ꝑdictis ꝙ oīa
sacramēta nisi forte penitētia vim
suam habent vt collatio ordinuꝫ
baptismus et similia q̄ntūcunque
fuerint a peccatoribus distributa
stante tamē debita intētione faciē
di que ecclesia facere intendit. ⁊ ꝑ
cipue vbi non ex affectata ignorā
tia iuris sed ex facti inscicia pecca
tum exortum est. ꝓpterea nō erunt
reordinādi iam ordinati Deinde
tertio obijcient alij contra ideꝫ se/
cūdū et tertiū expediēs. et dicent
ꝙ implicatio est in terminis vt
dn̄o benedicto fiat obediētia tan/
q̄z summo pontifici. et nihilomin⁹

coartetur eius potestas ad certa
et per certos modos et ꝙ sibi co/
adiutores socient Sed tn̄ dicemus
primo iuxta positionē illorum qui
subtractionē ꝙ licite fieri potuisset
confirmāt. sicut reuera aut in isto
aut in multis casibus potest eueni
re Dicim⁹ itaq̄z ꝙ papalis digni/
tas non pro extollentia aut fauorē
persone sed pro ecclesie vtilitate a
xp̄o statuta est. quāobrem ſm̄ exi/
gētiā vtilitatis ecclesie tāq̄z finis
debet hec dignitas agibilia sua
moderari. ꝑsertim in eis que non
sūt expressa in iure diuino Hoc eni
dicere esset de iure naturali cuiusli/
bet policie quod violari nō potest
aut mutari Si ergo contigit ꝙ ꝑ
dicta fieri sit expediens pro eccl̄ia
attentis circūstantijs negotioruꝫ
aut videt ꝓpter culpam dn̄i bn̄dcī
seu aliquas eius cōditiones min⁹
ciuiles et vtiles ecclesie. etiam vbi
non essent culpabiles. aut propter
generaleꝫ affectionē et deliberatō
nem omniuꝫ subditorū etiam vbi
errarent ⁊ minus bene iudicarent
dicimus non solum ista licere fieri
imo posse consurgere obligationē
ad agendū Neq̄z in hoc derogatꝰ
auctoritati papali neq̄z plenitudi/
ni potestatis sue collate sibi a xp̄o
sed impletur Nō posse mala ⁊ in/
expedientia ecclesie facē q̄s dicēt
eē posse? quis crederet hoc a xp̄o
collatuꝫ extitisse? Porro de istis tē
poralibus administrationibus ec
clesiaꝝ possessionū iuriū bn̄ficioꝝ

et similiũ xpũs per se ipsum imme/
diate nullatenus se intromisit nec
ordinare curauit. sciens et volens
talia esse variabilia ꝓm exigentiã
temporũ ꝑsonarũ et locorũ ad cõ
munẽ ecclesie vtilitatẽ. nõ ad vni⁹
aut paucorũ singularez pompam
aut inutilẽ vanitatẽ siue volũtatẽ
Nõ postulat nec negamus vt dño
pape et suis cardinalibus fiat suf
ficiens ꝓuisio de bonis ecclasticis
sicut olim summo sacerdoti inferi/
ores suas decimas offerebãt Sz
hec prouisio nonne poterat adim
pleri absqꝫ hoc ꝙ necesse sit ex to/
tõius ordinariorũ cassari vel sus
pendi? Profecto sic Postremo di
cent alij ꝙ hec via que dicitur me/
dia compleri nõ potest absqꝫ con
cilio huius obediẽtie generali et
ita cadit in illud quod videt̃ velle
fugere Ad hic respõdemus ꝙ si cõci/
liuz generale nõ quereret̃ fieri nisi
sub modificationib⁹ tactis in hac
via media. nõ videretur incõueni/
ens aut periculum celebrare hmõi
conciliũ Cessarent enĩ omnia que
contra ipsius vtilitatẽ audiuimus
allegari Nihilominus illud ɔciliũ
nequaqꝫ iudicam⁹ necessariũ ꝓ cõ
plemento celeriori ⁊ faciliori hui⁹
vie. ⁊ absqꝫ impensis innumeris ⁊
tractu temporis. quia nũc interim
priusqꝫ ista cõcordata sint dubia
quedã orirentur super cõuocatõe
concilij et quibusdã similibus que
hic cessant. Dubitabit forte alius
ꝙ dñs benedictus audita ista via
illam aut impediet aut nõ concor
dabit Propterea forte tutius ẽ vt
ante omnia secrete quantũ fieri po
terit habeatur cõsensus maiorum
omniũ istius obediẽtie aut saltem
principaliũ. vt omnium consensu to/
tius sue obedientie fiat oblatõ ta
lis cui vniuersali consẽsui si renuat
assentire. quis non videbit tũc ei⁹
modũ ꝓcedendi penitus imꝓba/
bilem esse. quis nõ iudicabit ab eo
iure recedendũ fore? Non enĩz po
terit aliqua tergiuersatione fauto
ria scismatis et subuersionis eccle/
sie denegari Et si quis ad extre/
mũ dubitauerit similiter de princi
pibus alijs ꝙ nõ approbabũt viã
hanc mediã. fatemur hoc nõ vsqꝫ
quaqꝫ certũ esse. nisi prout in mo/
ralibus sumenda est certitudo ex
his que vt in pluribus ꝓm verisi/
miles et ꝓbabiles cõiecturas eue
niũt Si in oĩbus predicta via ni
hil petit difficile aut onerosũ vel
inhonestũ queritur ꝓpter quid ꝓn
cipes et prelati debeant imꝓbare
maxime pro tanto bono reunitio/
nis obedientie huius totalis obti
nendo Quid enĩ graue erit ꝙ oĩa
indulgeant̃ ꝓterita et nõ discutiã/
tur ꝙ dñs benedictus habeat bo
nos ɔsiliarios nõ suspectos cuicũ
qꝫ pti ꝓm quoꝝ iudiciũ agat qđ
acturus est ꝙ ipe a vindicando ꝓ
prias aut alienas iniurias immu/
nis sit et deo committat. aut certe
vniuersali bono ecclesie et pacis il
las donet Idẽ dicimus de subdi/

tis quibuſcūq3 erga dñm bñdictū
Profecto nihil iſtoꝛu3 difficile eſt
niſi forte apud illos apud q̄s hūi
litas et charitas et eccīaſtica vni/
tas fuerint oneroſe.ſcȝ qui turba/
tionibus gaudent et querunt que
ſua ſūt nō que ieſu xp̄i Aut q̄ ſuis
ſentētijs ceruicoſa animoſitate ni
mis credūt Aut ſi difficilia eſſe iſta
quiſq3 contēderit aniaduertat ille
obſecro ſi plures ſint in alijs vijs
deficiētes et ambages.aut viā ali
quā oīm difficultate carentē affe/
rat in mediū nos letis animis cō
plectemur Et ſi hoc vel facere nō
vult.vel quod magis credim⁹non
poteſt tūc cum aliud agere neceſſe
ſit pgat nobiſcū in hanc ſñiam.et
attendat quid plus habeat dāni
pro eccīa.vl' ſic ſtare imo quotidie
magnis lapſibus coꝛruere.⁊ dñm
bñdictū incarceratū eſſe.et cardi/
nales ſuis honoꝛibus ſpoliatos⁊
p̄ncipes ad ɔtentionē p̄iculoſam
diſpoſitos videre aut q̄ ita p̄pare
mus nos p hanc reunitionē p̄mā
et totalē hui⁹obediētie.q̄ cu3 alia
celeriter et vtiliter tractare valea/
mus.et qualiter ſi quis queſiuerit
iā in parte rñſum eſt.⁊ a prudētio
ribus erit diligētius inquirendū⁊
inueniendū facilius.

Explicit

Decreta in ſeſſione pu
blica cōcilij generalis Cōſtantieñ
die ſabbati.ix.octobꝛis Anno M.
cccc.xvij.Et p̄mo p̄hemiū ſup fu
turis concilijs celebrādis ⁊ p̄uiſi/
one aduerſus futura ſciſmata.



Frequens gene
raliū concilioꝝ cele/
bꝛatio agri dñici p̄/
cipua cultura ē. que
vepꝛes ſpinas et tribulos hereſiu3
erroꝛū et ſciſmatū extirpat.exceſſ⁹
coꝛrigit.defōꝛta refoꝛmat.⁊ vine
am dñi ad frugem vberrime ferti
litatis adducit Illoꝝ vero negle/
ctus p̄miſſa diſſeminat atque fo
uet Hec p̄teritoꝛū tēpoꝝ recoꝛda
tio et p̄ſītium cōſideratio āte ocu/
los noſtros ponūt Ea p̄pter hoc
edicto p̄petuo ſancim⁹.decernim⁹
atque oꝛdinamus.vt amodo ;ge/
neralia cōcilia celebꝛentur Ita q̄
pꝛimū a fine huius concilij in quin
quēniū immediate ſequēs Scd̄m
vēo a fine illius mediate ſequētis
concilij in ſeptenniū et deinceps in
decenniū perpetuo celebꝛentur in
locis que ſūmus pontifex per men
ſem ante finē cuiuſlibet concilij ap
pꝛobante ⁊ cōſentiēte concilio vel
in eius defectum ip̄m concilium de/
putare et aſſignare teneatur.vt ſic
per quandā continuationē ſemp

aut consiliuz vigeat aut per emini
prudentiã expectetur Quez termi
nũ liceat sũmo pontifici de fratrũ
suorũ sancte rhomane ecclesie car
dinaliũ consilio ob emergẽtes for
te casus abbreuiare sed nullaten⁹
prorogetur Locum aũt pro futuro
cõcilio celebrãdo deputatũ absqꝫ
euidenti necessitate non mutet. sed
si forte casus aliquis occurrerit q̃
necessariũ videretur ipsum locum
mutari puta obsidionis guerrarũ
pestis aut similis Tunc liceat sum/
mo pontifici de p̃dictorum fratrũ
aut duarũ partiũ ipsorum consen
su atque subscriptione alium locũ
prius deputato loco viciniorem ꝛ
aptum sub eadem tamen natione
surrogare. nisi idẽ vel simile impe/
dimentũ per totam illam nationẽ
vigeret. tunc ad aliquẽ aliũ locuz
viciniorẽ alterius nationis aptum
huiusmodi conciliũ poterit conuo
cari. ad quez prelati ꝛ alij qui ad
conciliũ solent cõuocari accedere
teneantur ac si a p̃ncipio loc⁹ ille
fuisset deputatus. quã tamen loci
mutationẽ vl' termini breuiationẽ
teneatur dictus summus pontifex
legitime et semel per annũ ante p̃/
fixũ terminũ publicare ꝛ intimare
vt ad ipm conciliũ celebrandũ p̃
dicti possint statuto termino cõue
nire Si vero quod absit in futurũ
scisma oriri cõtingeret ita ꝙ duo
vel plures pro sũmis pontificib⁹
se gererent. a die quo ipsi duo vel
plures insignia pontificatus pub/
lice assumpserint. seu administrare
ceperint. intelligatur ipo iure t̃mi
nus concilij tunc forte vltra annũ
pendẽs ad annũ proximũ breuiat⁹
ad quos omnes prelati et ceteri
qui ad conciliũ ire tenẽtur sub pe
nis iuris ꝛ alijs per conciliũ impo
nendis absqꝫ alia vocatione con/
ueniant Necnõ imperator ceteri qꝫ
reges et principes personaliter vl'
per solennes nũcios tanqꝫ ad cõ
mune incendiũ extinguendum per
viscera misericordie iesu christi ex
nũc exorati cõcurrant Et quilibet
ipsorũ pro rhomano pontifice se
gerẽs infra mensẽ a die qua scien/
tiam hr̃e potuit alium vel alios
assumpsisse papatus insignia vel
in papatu administrasse teneatur
sub interminatione maledictionis
eterne et amissionis iuris si quod
forte sibi quesitum esset in papatu
quã ipo facto incurrat. et vltra h̃
ad quaslibet dignitates actiue et
passiue sit inhabilis Conciliũ ipm
ad terminũ anni predictũ loco pri
us deputato celebrandũ indicere
et publicare. et per suas literas ꝯ
petitori vel cõpetitoribus ipm vl'
ipsos prouocando ad causam et
ceteris prelatis ac principibus
quantũ in eo fuerit intimare Nec
non termino prefixo sub penis
p̃dictis ad locũ concilij ꝑsonalit'
se trãsferre. nec inde discedere do
nec ꝑ ꝯciliũ cã scismati. plẽarie sit

finita. hoc adiūcto ꝙ nullus eoꝝ
contendētiū de papatu in ipō con/
cilio vt papa p̄sideat Quīimo vt
tāto liberi⁹ et citius eccl̄ia vnico ⁊
indubitato pastore gaudeat sint
ipsi om̄es de papatu cōtendētes
postquā ipm̄ conciliū inceptū fue/
rit auctoritate huius sancte syno/
di ipō iure ab om̄i administratiōe
suspensi. nec eis aut eorū alteri do
nec causa ipsa per conciliuȝ termi/
nata fuerit quomōlibet a quoqȝ
sub pena fautorie scismatis obedi
atur Qđ si forte electionē rhomani
pontificis per metū qui cadere in
constantē virum seu impressionem
de cetero fieri cōtingat. ipsam nul/
lius decernim⁹ efficacie vel momē
ti nec posse per sequentē consensū
etiam metu predicto cessante rati/
ficari vel approbari Non tamen li
ceat cardinalibus ad aliā electio/
nem procedere. nisi ille sic elect⁹ for
te renūciet vel decedat. donec per
generale conciliū de electione illa
fuerit iudicatū. et si procedāt nll'a
sit electio ipō iure Sint qȝ sic sc̄do
eligētes et electus si se papatui in/
gessit om̄i dignitate honore et sta
tu etiā cardinalatus et pōtificali
ipō iure p̄uati. ⁊ inhabiles de cete
ro ad easdē ac etiā ad papalē nec
aliquis eidem sc̄do electo vt pape
sub pena fautorie scismatis obedi
at quoquo mō Et eo casu cōciliū
de electione pape ꝓuideat illa vi/
ce Sȝ liceat imo et teneanť electo/
res om̄es aut saltē maior ps ipo/

rum quā cito sine p̄iculo p̄sonarū
possūt etiā si p̄iculū omniū bono/
rū immineret se trāsferre ad locū
tutū ⁊ metū p̄dictū allegare corā
notarijs publicis et notabilibus
personis. in multitudine populi in
loco insigni. ita tamē ꝙ allegātes
metū hui⁹mōi habeāt in ipius me
tus allegatione exp̄mere speciem
et qualitatē dicti metus. et iurare
solenniter ꝙ metus taliter allega
tus est verus. et ꝙ credūt se ipm̄
posse ꝓbare. et ꝙ per maliciā vel
calumniā huiusmōi metū nō ꝓpo/
nūt Nec vltra ꝓximū futurū con
ciliuȝ vllo modo possit differri al
legatio dicti metus Teneanť insu
per postquā se transtulerint ⁊ me/
tum allegauerint modo predicto
ꝓuocare sic electum ad concilium
quod conciliū si vltra annum pen
deat a die ꝓuocationis hui⁹mōi
intelligatur ad annū vt supra ipō
iure terminus breuiatus et nihilo
minus teneatur electus ipe sub pe
nis predictis et cardinales ꝓuo
cantes sub pena amissionis cardi
nalatus et omniū beneficioꝝ suo
rum. quam ipō facto incurrant in
fra mensem a die prouocationis
conciliū ipsum vt supra dicit̄ indi
cere et publicare. ⁊ q̄ȝ citi⁹ poterit
intimare. ac cardinales ipi ceteri
qȝ electores ad locuȝ concilij tem
pore conuenienti personaliter se
transferre. et vsqȝ ad finē cause ex
pectare Teneantur quoqȝ prelati
⁊ ceteri vt supra ad cōuocationē

cardinaliū tm̄.si forte sic electus
conuocare cessaret accedere. Qđ si
sic electus in cōcilio ipo non presi
deat.quinimo sit a termino inicia/
di cōcilij ipo iure ab omni admini
stratione papatus suspensus.nec
sibi a quoqz sub pena fautorie scis
matis quomōlibet obediatur Qđ
si infra annū ante diē indicti con/
cilij cōtingāt sup̄ dicti casus.vide
licet q̄ plures se gerant pro papa
vel q̄ vnus per metū seu imp̄ssio/
nem eligatur.cēseant ipo iure.taz
gerentes se pro papa q̄z electus p
metū seu impressionē et cardina/
les ad dictuz conciliū ꝓuocati te/
neātur q̄z in ipo ɔcilio comparere
ꝑsonaliter causā exponere et iudi/
ciuz concilij expectare Qđ si dictis
casibus occurrentibus contingat
forte casus aliquis quo nēcariū sit
locuz cōcilij mutare vel obsidiōis
vel guerre vel pestis vel similis.te/
neantur nihilomin⁹ tam omnes su
pra dicti q̄z om̄es prelati ceteri q̄z
qui ad conciliū ire tenent̄ ad locū
ꝓximiorē vt premittit̄ qui sit habi
lis ad conciliū cōuenire.possit q̄z
maior pars p̄latoꝝ qui infra men
sem ad locū certū declinauerint il
lum sibi et alijs pro loco cōcilij de
putare.ad quem ceteri ɔuenire te/
neantur ac si a principio fuisset de
putatus Conciliū autē vt p̄fertur
cōuocatū et congregatū de hmōi
scismatis causa cognoscens et in
contumaciā electorū seu gerentiū
se pro papa vel cardinaliū si for/
te venire neglexerint.litez dirimat
causamq̄z diffiniat.ac culpabiles
in scismate ꝓcurando seu nutrien
do vel in administrādo aut obedi
Symoniaca labes q̄uis posset excusari vel non inueniri circa receptionem pecuniaꝝ vel eoꝝ que sunt numismate mensurabilia quem admodū sunt obsequia vel fauores et obligatorie ꝓmissiones circa spi ritualiū administrationē in litteris testimonialibus conferendis ⁊ simi libus. Nihilomin⁹ expedit nō in his omnibus obseruetur apostolica re gula. quantum fieri potest ab omni specie mala abstinere vos. Posset de prima parte deductio fieri per plurima circa diuersos ordines et status circa religiosos conuentus et seculares ecclesias circa prelatos et officiarios suos. circa curatos et eoruȝ vicarios vel subditos. Fiunt itaq̄ plurima per tales huiusmodi que rectam habere possunt intentio nem licet modus faciendi scandali set vt quia videtur fieri pactio de tē palib⁹ vel negatio spūaliū seu dila tio ꝓpter tp̄alia. vel ex aduerso fieri videt̄ ꝓpter tp̄alia spūaliū collatio

exercitiū vel frequentatio vt in mis/sis dicendis vt in horis lucrosis nō alijs frequentandis Caueat igitur hec multiplex mali spēs p boni spēz apposita quantū fieri dabit. qz non est nr̄m posse scandalis omnib' ac/ceptis occurrere.

Quinta cōsideratio

Symoniaca labes cōmodi' eui/tari pōt per rectificationē inte/tionis desiderando scz vel accipien/do tēporalia nō vt sunt preciū spiri/tualiū vel cupiditatis nutrimentum sed necessarie sustentationis corpo/ralis adiumentū. Sic itaqz saluabi/tur illic nō esse cōmutationē symoni/acā vbi sic ocurrit hoc. do si des. vl' do vt des. qm̄ he dictōes additiona/les & causales .s. vt. pp̄ter. & similes nō notabūt causā pncipalē sed cōse/cutiuā et min' pncipalē seu motiuā vel adminiculatiuā seu meritoriam vt vbi inclinaui cor meū ad facien/das iustificationes tuas in eternuz pp̄ter retributionē. Que vtiqz retri/butio referebat ad deū pp̄t pp̄ baz sicut finis sub fine. vbi aūt vnū pp̄t aliud sicut dicit pħs vtrobiqz vnū

Sexta cōsideratio

Symoniaca labes pt quo ad p̄/terita suscipere punsionē & me/delam per hoc sacrū cōciliū pp̄t fere nationē cōscientiaz et aiaz salutem taliter cp aboleant edicto generali quelibet pene vel sñie iuris positiui ɔtra symoniacos edite cū habilita cib' ad bñficia iā obtēta dādo licē/tiā insup p̄ p̄terito vt qlibet possit eligere ɔfessorē idoneū q eū super omib' dubijs vel scrupulis in foro ɔscientie absoluat. Uideat fortassis hec punsio nimis lata vel laxa iuxta seueritatē ecclesiastice discipline. sed habeat respect' ad immēsitatē mie dei et hūanā fragilitatē q mallet se pe saluti pp̄rie q̄ bñficio vel statui renūciare tolerabilis apparebit ista punsio. aut si de necessitate puniēdi sūt aliqui nimis notorie scandalosi nihilominus de salute cōmunitatis atqz plurimoz cogitet

Cōsideratio septima

Symoniaca labes poterit p fu/turo pseruationē habere. Co/gitet p hoc sacrū cōciliū ne' passim et licenter vt actēn' introeat cōsue/tudo leges debitas vel iam institu/tas renouando mutando vel inter/pretando circa collationē omnium spiritualiū taz a capite q̄ a mēbris cū tali moderamine cp neqz fiat stri/ctior pħibitio tpaliū q̄ oportet in capite vel in membris sicut factū cē pluries existimāt in quibusdā Neqz rursus pmittat talis laxatio que vl' verā symoniā vel scandalosā symo/nie spēcie introducat. hec aūt parti/cularter cōmissi sunt. Ceterū gene/rale conciliū in qua ptāte possit le/ges hmōi pscribere presertim sum/mo pontifici sine lesione plenitudi/nis sue potestatis vtilis est practi/catio de qua si annuerit deus alias et alibi videbitur cōcordando ple/nitudinem potestatis papalis cum ipa plenitudine potestatis concilij.

Drationabilē contra

symoniā ꝛ symoniacos reformatio
nē offerunt ꝓpositiones que sequū/
tur. quaꝝ declaratio tā scriptis iaz
editis q̄z viua voce poterit apparē.

Prima propositio

Ainis principaliter intētus
recipiēdi tpalia ꝓ ministra
tione spūaliū reddit homi/
nē ꝓprie symoniacū in foro ꝯsciētie
et ad deū. et si hāc intentionē apertis
ad extra monstret indicijs censen/
dus est in ecclesiastico foro symoni
acus vel de symonia vehementer
suspectus. Scđa ꝓpositio.

Ainis ꝑncipaliter intent⁹ acci/
piendi tpalia ꝓ āministratiōe
spiritualiū tanq̄z ibi sit adequatio
vera precij ad preciū sicut est in cō/
mutatione tpaliū ad inuicez reddit
hominē ꝓprie symoniacū

Tertia ꝓpositio.

Ainis ꝑncipaliter intent⁹ vt ꝑ/
us reddit hominē ꝓprie hereti
cū si faciat hoc ex damnato intelle/
ctus iudicio quasi tale aliq̄d possit
de facto aut debeat de iure fieri. et
hoc si ꝑtinatia concomitet

Quarta ꝓpositio

OBligat⁹ ministrare spūalia sicut
sūt sacramenta et bñficia eccle
siastica pōt rationabilit̄ et licite ha
bere respectū ad tpale commodum
mercedem et ꝑmiū quāuis min⁹ ꝑn
cipale et secundariū

Quinta ꝓpositio

OBligatus ministrare spūalia
et ministrans ea habet verū ius et
potestatem recipiendi tpalia absq̄z
hoc ꝙ mendicet ea. et sub hac intē/
tione licet minus ꝑncipali pōt vel
potuit obligare se ad ministrandū
spūalia et ꝓ mercede vel stipendio
vel cibo et sua sustentatione recipe
tpalia sicut exemplificari posset in
omni statu ecclesiasticoꝝ tā secula/
riū q̄z religiosoꝝ a maiorib⁹ ad in/
fimos Sexta ꝓpositio

OBligat⁹ ministrare spūalia et
ministrans ea sub spe vel expe
ctatione vel intentione ꝙ recipiat
tpalia pro sustentatione ministri et
mercede vel cibo opar[ij] nō ideo cō
uincit̄ symoniac⁹ sicut nec ille q̄ dat
tēpalia sub spe recipiendi spūalia.
imo staret ꝙ peccaret nō tradēdo
ea. sicut in casu ministrans peccare
posset abijciendo vel reprobando
talia dona seu poti⁹ mercedem et sti
pendia Septima ꝓpositio.

Ecclesiastic⁹ ministrās ex debi
to sue ꝑlatōis vel officij bapti
sma. ꝯfirmationē. eucharistiā. ꝯfessi
onē. ordies. extremā vnctionē. sepul
turā. et ita de reliq̄s spūalib⁹. nō iō
ꝯuincit̄ symoniac⁹ si añ vel post mi
nistrationē recipiat tpalia ab illis
quib⁹ ministrat spūalia

Octaua ꝓpositio

Ecclesiastic⁹ officiās ex debito
bñficio suo sic frequētādo ho
ras canonicas vł exeq̄as mortuoꝝ
nō ideo ꝯuincit̄ symoniac⁹ si recipi
at aut recipe intendat distributōes
tpales assignatas illis q̄ talib⁹ assi
stūt officijs etiā dū aliq̄ñ sub hac in

ꝑtentione mercedis vadit ad aliqđ
officiū ecclesiasticū al's ꝓ tc̄ nō itur⁹
Exempli gratia si cuilibet etiā religi
oso qui interesset magne misse in ec
clesia Constantieñ. quotidie distri/
bueret vnus floren⁹ .cōstat q̄ multi
interessēt qui modo nō intersūt nec
alias interessent. nec īđo symoniaci
essent iudicandi

¶ Nona ꝓpositio

Ecclesiasticus p̄zlat⁹ aut alius
ɔferēs bñficia ecclesiastica nō
ꝑ̄deo cōuincit symoniac⁹ si recipiat
a bñficiatis aliqua tp̄alia.

¶ Decima ꝓpositio

Extirpatio symonie nō ita dꝫ
ꝓcurari q̄ ducant homines
in maiora pericula et scandala per
nimiā symonie restrictionē vbi non
est vel nō pōt esse symoniac⁹ si hab/
beat intentōis vera directio nec ita
q̄ ecclesie vel ecclesiasticorum do/
tatio debita. iure diuino euacuetur
vel fraudet sub hoc reformationis
pretextu velut a demonio meridiāo

¶ Undecima ꝓpositio

Extirpatio symonie ꝑmo facien
da est cordib⁹ hominū osten/
dendo qualiter in corde vel intētio
ne symoniaca prauitas ɔmittit. et
qualis debeat haberi cordis inten
tio dū in ministratione spiritualiū
fit vel expectat tp̄aliū receptio

¶ Duodecima ꝓpositio

Extirpatō symonie ab ecclesia
sancta dei in capite et in mem/
bris salubrius facienda est inducen
do homines ad timorē dei et ad cu

stodiā mādatoꝝ suoꝝ ſm legē euā
gelicā q̄ꝫ ꝑ solā iuriū penaliū ɔsti/
tutionē quoꝝ multiplicatio forsitā
magis esset restringenda q̄ꝫ augen
da. multa eīn reputant vel puniunt
tanq̄ꝫ symoniaca que symonie rati
onem ꝓ̄p̄rie nō ɔcludunt. et ita faci
unt viam dñi artā magis q̄ꝫ oportet.

Onit ad declarationē ꝑmisso/
rum ꝓ nunc alias posita hec
vnica distinctio. Resoluendo mate/
riā de symonia possum⁹ inuenire di
stinctionē quadruplicē de intuitu vl'
respectu cōmodi tp̄alis pro spūali.
pōt eīn intuit⁹ ferri ad tp̄ale cōmo/
dū. primo tanq̄ꝫ ad preciū rei spūa/
lis quasi sit adequatio valoris vni⁹
rei ad alterā. sicut est in emptione ⁊
venditione ciuilibus. Pōt secundo
ferri intuitus ad ɔmodū tp̄ale tan
q̄ꝫ ad motiuū ꝑncipale dandi spūa
lia vel ad finem vltimū in quo sistit
intuitus spūale ɔferentis. Pōt ter/
tio ferri intuitus ɔmodi tp̄alis tan
q̄ꝫ ad motiuum min⁹ principale vel
ad finem subordinatū sub vltimo
fine. Pōt quarto ferri intuit⁹ ɔmodi
tp̄alis tāq̄ꝫ ad rē debitā iure diuino
ꝓ sustentatōne illi⁹ qui spūalia submi
nistrat iuxta doctrinā xp̄i et aposto
li. Qz dignus est operarius mercede
sua. Tunc ad ꝓpositū dicim⁹ ꝓ re/
sponsione succincta et solita q̄ pri/
mus intuitus et secūd⁹ sunt vere sy
moniaci de iure diuino et humano
Et si ɔcurrat error intellect⁹ q̄ scꝫ
talia possunt fieri. sic in ꝑmo dicit.
vel q̄ licite fiant sic ponit in vtroq̄ꝫ

modo. tunc incurrit heresis ꝓprie dicta. et habendi sũt symoniaci tales heretici ꝓprie dicti si sint ꝑtinaces. Dicim⁹ ꝯsequenter ꝙ si ferat̃ intuitus tertio et quarto modis. ille põt esse licit⁹. imo laudabilis et meritorius ac debitus. hoc tamen attento ꝙ obseruet̃ illud apli. Ab omni specie mala abstinete vos. hoc ẽ ꝙ administratio spũaliũ facta sub altero tali intuitu non appareat fieri ex modo suo. intuitu primo vl' secũdo vt si non exercent̃ spiritualia. si non prius dent̃ tꝑalia. aut si turpiter exigant̃ et cũ scandalo et auaricie nota in quibus casibus possent habẽi suspecti de symoniaca prauitate sic agentes. et hoc presumptiõe iuris vel facti. et possent in hoc casu ipi tanq̃ tales iudicialiter euocari

Explicit tractat⁹ de symonia mgr̃i Johis de Gersonno Cãcellarij parisieñ. sacre pagine ꝓfessoris excellentissimi.

Tractat⁹ de solicitudĩe ecclesiasticoꝝ ad fratres celestinos ꝯtinens. lxviij. particulas

¶ Primũ dubiũ

Fient responsio sup dubijs sequẽtib⁹ vñ crebro solicitudines ꝯsciẽtiaꝝ i ecclesiasticis et religiosis oriunt̃.

Scd̃m dubiũ ¶ Si liceat ecclesiasticis maxime religiosis dũ ꝯferũtur eis tꝑalia se et successores suos obligare ad certa et deťminata suffragia in missis vel alijs officijs ecclesiasticis sicut hꝫ vsus cõis. Solutio ꝑticl'a. xiij. q̃ ꝓsupponit alibi tractata de symonia.

Tertiũ dubiũ ¶ Si liceat omittere tales obligatiões sine reatu pcc̃i mortalis. presertim qñ vident̃ grauiores q̃ꝫ oꝑtet ex euentu vel aliunde. Solutio ꝑticula. xij. et a. xix vsq̃ꝫ xxxij.

Quartũ dubiũ ¶ Si meli⁹ essꝫ ꝙ ꝯferentes tꝑalia starẽt in sola generalitate ꝓ suffragijs habendis. et si ad hoc et qũo monendi sunt. Solutio ꝑticula. xvij. et. xviij.

Quintũ dubiũ ¶ Si in casu scd̃i dubij necessaria sit et secura dispensatio supioris ꝓlati vel pape vel ordinarij. Solutõ. ꝑticula. xxviij. vsq̃ꝫ. xxxij.

Sextũ dubiũ ¶ Si liceat ecclesiasticis bñ et sufficient̃ fũdatis recipe nouas obligationes cũ augmento seruitij. Solutio ꝑticula. xxxiij.

Sextuz dubiū. Si liceat sine au gmēto seruitiū ita q̄ nō p̄ses dicant̄ misse vl' obit' s̄t q̄uis hoc intendāt tpaliū collatores. Sol'. ptī. xlix.

Septimū dubiū Si liceat admit tere sup f̄res iaz fundatos alios q̄ habeāt speciales cellas et obligati ones ad suos institores alias q̄ re liqui fratres Solutio cū. viij. ix. x. et xj. dubijs. ptīcl. xxxiij. xxxv. xxxvi

Octauū dubiū Si liceat se obli gare q̄ oīs fruct' sp̄ualis in missis et alijs q̄ obligat' dicet cedat in vti litatē tpalia offerentis

Nonū dubiū Si tantū pro sūt suffragia dū sūt p̄ plurib' q̄n/ tū si fierent p̄ vno vel paucis. et p̄/ sertim illi q̄ facit

Decimū dubiū Si debens vnā m'ssam possit alios adiungere sine defraudatione illi' q̄ missaz pe tijt aut instituit

Undecimū dubiū. Si necesse sit sp̄ p̄ specialib' fundatorib' ora/ tiones facere speciales marie dum hoc instituerint licet nō specificādo modū et quis mod' tenebit̄. Solu/ tio ptīcula. xxix. cū dnq̄ seq̄tib'

Duodecimū dubiū. Si liceat p̄ loco soleniori i sepulturis vel p̄ ali is pompis exeq̄az pacisci verbo vl' intentiōe de maiori tpaliū collatōe

Tredecimū dubiū Si discrete faciūt obligātes se ad suffragia p̄ alijs q̄n inde min' valēt vt videt̄ p̄ seipis et nō est ocpatio tpalis omo ni ad sp̄uale. Solutio hui'. et. xiiij. ptīcula. xlv. cū trib' sequētib'

Decimūquartū dubiū Si cau te faciūt religiosi qui leuit admittūt ad p̄ticipationē omniū bñficiop̄ p̄ illos q̄ bñfaciūt eis vel qui petunt

Decimūq̄ntuz dubiū. Si obli gat' ad orōes vocales sit absolut' ab obligatione dū eas dicit sine at tentōe vel deuotione vel affectione aut solicitudine. nā attentio est que dam solicitudo. Solutio istius et se quentis p̄ticula. lv. vsq̄ ad finem

Decimūsextū dubiū Si suffi cit generalis intētio qua vult ecclesi/ asticus vel religiosus orare speciali us p̄ bñfactorib' q̄ p̄ alijs. super qua specialitate quātificanda se re fert ad deū qui ponderator est me/ ritorum.

Prima particula

Oltre soliciti esse Mat. vi Luc. xij. Jubet hoc ip̄m' abbas nr̄ JBs xp̄s in cui' sp̄u salubri ter instituti clamamus Abba pater. Consonat ap̄ls eius magn' prior in religione xp̄iana di cens Corinthijs in p̄sona omnium Uolo vos sine solicitudine esse. Sz mox subintulit vtilē et necessariam de solicitudine distinctionē ne vel si bi ip̄i vel alijs oforte. b' suis otrari' videret̄. Qm̄ sermo frequenē ad so/ licitudinē cē tra dehdem inertiā ex/ hortat̄. Ait em̄. Qui sine vxore ē so/ licit' est que dnī sūt quō placeat do qui aūt cum vxore est solicit' est que mundi sunt

Secūda pticula.

Ecce habem' solicitudinē ꝛ solli citudinē. vna ē dei. altera mū/ di. vna spūalis altēa tpalis. vtraqꝫ siquidē bona. Alioqn culpata fuissꝫ vxoratoꝝ cū sua solicitudine condi tio. pma tn̄ melior atqꝫ dignior adeo vt vacatio dici possit. et dicat tam hic q̄ȝ ab aplo pma Coꝝ. vij. Uolo vos inq̄t sine solicitudine esse Et alibi ad Phil. iiij. Nihil soliciti sitis. Et p ps dn̄s. Uacate inq̄ȝ et vide/ te qm̄ ego sū de'

Tertia pticula

Felix ista solicitudo vacans et vacatio solicita qualē habere licet decet et expedit illos pcipue q̄ celibes esse sine tribulanti iugo vxo rū nedū elegerūt sed vouerūt q̄les vos elegit et assūpsit abbas noster xp̄s o patres et fratres. celestini in q̄s ad pn̄s alloquit solicitudo dile/ ctionis mee quā suis impulit questi/ uncula ꝑ stimulis zelus vester religi osus iuxta verbū ꝓpheticū Michee. vi Ambulare cū deo suo

Quarta pticula

Sensit itaqꝫ vester i dn̄o timor cui' vis est s̄m pphm reddere timentē solicitū. Sensit inq̄ȝ quēad/ modū frustra fuisset assumpta solici tudo vacās deo si quadā retrospe/ ctione seu tergiuersatōne corrueret in mundi solicitudinē et iam nō tm̄ vana esset quasi finē nō assequens vacationis verū damnabilis iudi caret et reproba si in damnabilē re probā q̄ȝ solicitudinis peccatricis foueā preceps laberet qualē dissua det maxime sermo preposit' Nolite ait xp̄us soliciti esse ꝛc.

Quinta pticula

Queret forsan nouitioꝝ aliq̄s que sit ꝛ qualis hec solicitudo culpabilis. Nā de tolerabili mūda/ noꝝ satis insinuatū est. ꝛ de quadā altera ocio sancto diuisa videtur admonita ꝫ non criminata fuisse illa marie sedentis ad pedes Jhu soror Martha martha inquit Jh̄s solici/ ta es et turbaris erga plurima. por ro vnū est necessariū. Utuero tota admonitionis xp̄i series cū exposito rib' suis in illa ꝓhibitione solicitu/ dinis sicut mathe' et lucas referūt dat intelligi solicitudinē malā esse q̄ nō est prudētis et sagacis ꝓuidē tie neqꝫ necessitatis. sed est vel diffi/ dentie vel pfidie vel cupiditatis cu riose et anxie de quib' nō est modo p singula disserendum .

Sexta pticula

Veniam' igit p compendiū statī ad pie solicitudinis vestre in dn̄o questiōes q̄ solicitudinē refor/ midāt impiā dū piā imo necessariā cogunt amplecti Manet apud vos o pr̄es et fratres ꝓfundo corde fir mata monitio aplica hebreoꝝ. iiij. Sint mores sine auaritia contenti pre sentib'. Nihilomin' aspicitis illa esse

nccĩa q̃ ocedit sobẽ apl̃us.i.Thi.vi: Habẽtes alimenta et q̃bꝰ tegamur his ɔtẽti simꝰ. Bñ suades o magne ꝓor aplẽ placet id qḋ apponis his ɔtẽti simꝰ. Atrũ alimẽta et ea q̃bus tegamur optet hr̃e. Nõ ãt hoc ipm̃ totũ vl̃ labore nr̃o q̃ diuis mãcipamur officijs vel hostiatim mẽdicando q̃ nequaq̃ȝ discurrere ꝑ vicos et plateas instituim̃ꝰc btinẽ fas nobis ẽ. Deniq̃ȝ nihil eq̃us ẽm oẽȝ legẽ eẽ deducit apl̃s.i. Cor.ix.q̃ȝ q̃ altario deseruit de altario et viuat

particula. viij

VE ve mũdo a scãdalis. ve scãdala spargẽtibꝰ ꝓbilibȝ demonijs In via hac qua ãbulabã ɔq̃riẽ ꝓbi abscõderũt supbi laq̃uȝ m̃. Et rursus. Juxta iter scã.po.m̃. Electa est ecce sub triplici religionis voto via paupratl. vt solicitudo noxia diuitiaꝝ cruẽtans et enecãs vitaret̃. Electa via castitatis ꝑpetue contra solicitudinẽ alligãtẽ vxori cũ tribulatõe hmõi. Electa via ɔ̃elictionis ꝓprie volũtatis ꝑ obediẽtiã contra solicitudinẽ tot dubitatõnũ. tot scrupuloꝝ. tot discriminũ q̃lia ꝓpria volũtas se dũ ducẽ vult se seducẽs incurrit. Pudet heu piget q̃ȝ recordari q̃ntis et q̃libꝰ apud nõnullos de ẽmentis oĩa sũt in oppositas exorbitatões euersa subuersa q̃ȝ. Jaȝ heu nimis apparet ꝟitas pabole xp̃i q̃ mõ dũ hec relegerent̃ lecta ẽ i ecc̃ia de immũdo spũ q̃ cũ exierit ab hõie tandeȝ redit et adducit septẽ spũs neq̃ores se dũ inuenit domũ vacãtẽ. nõ q̃deȝ vere ꝫ sola simulatõe sic̃ et solis extrinsece ꝓfessiõis scobis ficte mũdata est.

particula viiij

Et vtiq̃ȝ neq̃ȝ et immũdꝰ spũs cupiditas que radix oĩm maloꝝ et doloꝝ fuitꝰ ab apl̃o et mãmona dr̃ iniq̃tatis a xp̃o. Sȝ nõne neq̃or est simulata pauptas q̃ sub voti velo latẽs tota diuitijs inhiat tota solicitudinibꝰ earũ pũgit̃ et intꝰ et ex cõtinuis miris q̃ȝ modis laceratur. cruentat̃. dissipat̃. Cui nãq̃ȝ poterit esse dubiũ solert̃ attendẽti q̃n spũs auaritie neq̃ȝ iaȝ secũ adduxerit septẽ spũs.i. vniuẽsitatẽ vicioꝝ neq̃ores se. Simulata q̃ppe sic̃ ait Augꝰ. eq̃tas duplex est iniq̃tas. nõ secꝰ ꝫ loco. dic q̃ȝ ficta et vota pauptas sĩ ẽ pauptas spũs. nõ pauptas virtꝰ nõ amica bonis moribꝰ frugalitas ꝫ duplex iniq̃tas. q̃ȝ et vere cupiditas ẽ et simulatio nec hic sistit̃. Sed ꝓgrediẽs istic voti fractionẽ fũdatoꝝ defraudatõeȝ. primoꝝ factꝰ. dictis et exẽplis scãdalisatõeȝ inueniet. Demũ subit illud ve xp̃i dictũ phariseis ꝓ talibꝰ in religiõe penitꝰ lapsa versãtibꝰ q̃les hic solos plangimꝰ. Circuitis mare et aridã vt faciatis vnũ ꝓselitũ.i. nouitiũ in religione. et cũ factꝰ fuerit facitis eũ filium gehẽne duplo q̃ȝ vos. Eccẽs.v. q̃m displicȝ deo infidelis et stulta ꝓmissio. et melꝰ ẽ nõ vouẽ q̃ȝ post votũ nõ reddere

particula. xi

SIste tandẽ amice siste calamũ quẽ indignatõ tua rapit vltra

longe q̄ inchoādo ꝓposueras. Et
q̄ doctrinā bonā datura es distra/
heris satyra q̄ nulla vnq̄ orōe. nul
la ɔclamatōis acrimonia satis erit
reprobāda Reuertamur ad ꝓgres
sū finis intēti resumētes illud vñ ar
ripuit nos maloꝝ recogitatoꝝ pser
tim apud nō paucos nr̄i tpis religi/
osos anxi⁹ dei timor xp̄iana q̄ pie/
tas et miseratio fraťnaľ. Illud erat
ɔpire q̄ pacto pauptas rligiosa va
caret absq̄ solicitudine vict⁹ et vesti
t⁹ Inueniūt fateor vos interrogā
do fatemini ples crebro pungitiui
ɔsciaꝝ scrupuli nō sinentes timoro
sos fr̄es implē cū pace vbū xp̄i cū
aplica monitione. nolite soliciti esse.

Particula x

Sunt āt i genē tres in ɔq̄sitio
ne vict⁹ et vestit⁹ neq̄ stimuli
vn⁹ symonie. ali⁹ vsure alter fraudu
lentie. Solicitať nimirum timorata
mēs ne forte misceat se inť dātē tpa
lia p spūalib⁹ recipiēdis et ɔtra
labes symoniace prauitatis. q hoc
vtiq̄ frequēť ve ve ꝓuenit dū non
habeť directō dū lumē intētōis nr̄e
q̄ dr ocul⁹ corpis oim actionū nr̄a/
rū est tenebre. Solicitať pterea ne i
redditib⁹ ɔpandis. qr nō sp inueni/
unť ad ppetuū reddať ɔtract⁹ vsu/
rari⁹ ex adiecta ɔditōe seu pactōne
de facultate totiēs q̄tiēs redimēdi.
Sup hac vo duplici q̄ōne solicita
scrupulosa q̄ pñt hr̄i q̄dā opuscťa
nr̄a nup edita si tn̄ cū magnis talīū
tractatorib⁹ visa fuerint numerāda

Particula xi

Super est ad pn̄s inuestigare et
inuētos s' tollē q̄rtū inuēit sator boni
semis xp̄s zizāioꝝ fraudulētoꝝ acu
leos q̄s latebrosa nocte dū dormi/
unt p negligētiā hōies supseminat
inimic⁹ hō sub obtētu ɔq̄sitōis vict⁹
et vestit⁹. Hoc etiā precipue vr̄a p
questiūculas solicitudo scire deside
rat. Et qm̄ defraudatō directe con
trariať iustitie. tot modis inuēiem⁹
defraudationē q̄t iustitiā fieri. oppo
sitoꝝ q̄dē eadē est disciplina. Diciť
āt iustitia vt⁹ ad alteꝝ vel sic ad al
terū reddēs vnicuiq̄ qd suū ē. Por
ro iustitia ample sūpto vocabulo cō/
paľ ad deū et ad ꝓximū. imo q ad
se ipm sic ad alterū ꝓut in pnia fit
dū spūs carnē subijcit seruituti. Sic
erit defraudatio vna ad deū. altēa
ad ꝓximū. tertia q̄ metaphorice di
cta ad se ipm Et pmit⁹ de ꝓximi de/
fraudatōe qr notior est. videam⁹ et
ɔclusiones deinceps inseram⁹

Particula xij

Solicitudo pia ɔferētis tpalia
defraudať si sua intētio a reci
piēte nō seruet. hoc eñ ꝓprie sonat
fraus et dol⁹ dū ptendiť vnū et fit
alteꝝ. sic dr d testatore q fraudat⁹
est si sua differatur aut non impleať
intētio. neq̄ tn̄ accipiēda est d q̄uis
intētōe. Nō eñ cadit sub obligatio
nis recta lege neq̄ intētio si saluti ɔ
traria si morib⁹ absona. Si in dete/
riorē exitū ei⁹ obseruatio sit ventura

qualis esset intentio palā symonia-
ca vel vsuraria vel furi p̄iudicās ali-
eno vel deo sētis qꝫ suis nō honesta
Cōclusio .ij.

particula .xiij.

Solicitudo pia cōferēns tp̄alia
dirigi dz ad sustentatōez mini-
stri illi⁹ tp̄alē faciēdā a quo sp̄ūalia
req̄runt. Iste sic̄ dēz iust⁹ ꝓpri⁹ ⁊ ver⁹
est titul⁹ suscipiendi sp̄ūalia. Et hoc
supponat ad p̄ns tanq̄ deductū suf-
ficient in matēia de symonia vbi de
directōe cordis forma dat. Aduero
plerūqꝫ fit vt mentiat iniq̄tas sibi.
nūc p ignorātiā affectatā ⁊ ideo cul-
pabilē. nūc p negligētiā q̄ nō tanta
solicitudine q̄rit agendoꝝ veritatē.
Expedit igit ad p̄ticulares descen-
dē casus nō q̄dez ad oēs aut singu-
los. hoc em̄ nobis est impossibile.
cū varij sūt sine numero. ⁊ ita varij
qꝫ vna circūstātia qn̄qꝫ posita qn̄qꝫ
deficiēs iudiciū sapiētis variare cō-
pellit et hoc cū admiratōe paꝝ sa-
piētū. nec ad oia circūspicientiū. Que-
siuit vn⁹ anachoritaꝝ a q̄dam p̄re.
Pater debeo tēptatiōes admittere
aut ptin⁹ eas abijcē. Admitte inq̄t
Accessit alt̄ cū eadē petitōe. Abijce
inq̄t nec admitte. Nōne ↄtraria vi-
dent p̄ūt admitte. non admitte. Sic
apud sapientē ꝓuerbioꝝ. xxvi. Ne
respōdeas stulto iuxta stultitiā suā.
Et ibidē. R̄n̄de stulto iuxta stultitiā
suā. Sic in euāgelio de mōstrandis
et nō monstrādis opib⁹ bonis hēs

particula .xiiij.

Quia in re colligit vn̄ talis et
frequēs error in moralib⁹ iudi-
cijs venit. Sūt q̄ solis intēdūt gene-
ralib⁹ regulis vt sūt ꝓuerbia et au-
ctoritates scōꝝ. Sunt q̄ ad sola sin-
gularia dāt se totos. nullā ad p̄ma
p̄ncipia resolutōez h̄ntes. qꝛ vel ne-
sciūt vel negligūt. aut toti l̄rales et
sine spiritu carnales sūt. vel exceccat
eos ꝓpria malicia hec aut illa. Sūt
alij circūspecti simul et prudētes q̄
singularia caute colligūt et sapient
ad regulas resoluūt generales. col-
ligētes parit q̄ fuerit rō date legis
qn̄qꝫ p eleuationē mentis ad regu-
las diuinas qn̄qꝫ ad hūanas. Primū
fit p virtutē quā vocat Arl. gyromi-
cā. Alteꝝ p epikeiā quā dicē possu-
m⁹ bonā eq̄tatē Et qm̄ rarissimi sūt
tales circūspecti. req̄rit em̄ cū erudi-
tione long⁹ expiētie vsus. non expe-
dit passim ab oīb⁹ q̄rē solidū pro
moralib⁹ ↄsiliū. neqꝫ sit̄r p̄sumē illō
dare q̄sqꝫ debet. p̄sertim nō habita
cū suis circūstantijs oīb⁹ vera ca-
sus forma qui querit.

Particula .xv.

Et certe frequēs istic ab inq̄rē-
tib⁹ solet interuenire defect⁹. Et
cū ius ex facto oriat q̄d mirū si mis-
sione fit deceptio. Nō q̄dez sp ex re-
spōdētis s; ex inq̄rētis vicio. aut cre-
bri⁹ ꝓpt fantasiā. parū instructoꝝ q̄
se palogisāt decipiūt et sophisticāt
putātes casus aliq̄s esse siles q̄s ex
vnica qn̄qꝫ circūstātia addita vl re-
mota vel nō attētā ↄstat ꝓsus esse

dissiles vel aduersos. Exēpla tacta sūt et apud medicinā dandā ptz ꝗ vitiū. dū vnus ibi visus arrogant̄ pe rit in hac aut hac medicina danda applicabit vnā receptā ad morbos ex causis oppositis ortos non atten dēs aliud esse qđ sanat calcaneū et cecat oculū.

Particula. xvi

Omittam narrationes sup hac re vulgares nec referam quomodo iustā pinde rōez vel nō valeāt aduocati ptendē. dū casū oēz ad se delatū iustificandū suscipiūt. et veniam ad alias ɔclusiones cū suis modificationibus. inuestigādo pcipue de sustētādis ministris eccīe intētio q̄lis et q̄ sit tenēda p eū q̄ sustentat̄ et recipit siue sit vnus. siue sint ples secularis aut religiosus. et sit ɔclusio. iij

Particula. xvij

Solicitudo pia ɔferētis tpalia si vult p̄t in sua genēalitate suffragia reqrē ꝛ sub hac intētione sola stādo nō min merebit̄ sepe apd deū q̄z pticulari exigendo. Nō hz p̄ma ps dubitatōez. scđa ps vtiṅ spūalib oculis quales sūt oculi columbini sponsi et spōse in cāticis aspicētur. qm̄ apud illos pspicua essz q̄ cognoscūt oīa bn̄factoꝝ oīm quantulibet occltoꝝ p̄mia reposita apd deū ꝓpt̄ quē et in quo fiūt. Verum pauci sūt spūales hmōi q̄ nō miscē turent grano purissimo caritatis illud sēminādo q̄daz zizania vanitatis. Fit qꝫ illud virgilianum. Infelix lolīū et steriles nascunt̄ auene. Quoi ɔformit̄ illud euāgelicū q simul exorte spine suffocau erūt semē verbi et fructū boni opis

Particula: xviij

Conclusio. iiij.

Solicitudo pia ɔferētis tpalia p̄t et dz āmoneri clā aut palā p p̄dicatores aut alios sup p̄missa veritate p directione puriori intentionis sue. Suadēda q̄ppe sūt bona cū dissuasione maloꝝ. Nihilomin obseruet̄ illud antiq̄ puerbiū Ne q̄d nimis. qꝛ q̄ nimis emungit elicit sanguinē. Nimis in sup exacuens ferrū qn̄qꝫ vel hebetat vel consumit ip̄m. Satagēs deniqꝫ totū q̄cq̄d seuerit aut messuerit purū esse non habens aliq̄d zizanioꝝ neqꝫ paleaꝝ. q̄ni frustra. q̄ni stulte sepe conet̄ ꝛ dānoīe fatiget̄. Nunq̄d eligibilius est granū aliqđ vel impurū q̄z nullum colligē? Quo circa dicam oīo.

Particula. xix

Cōclusio. v

Solicitudo pia ɔferentis tpalia p̄t cū bōa venia imo et cū gr̄a ɔditiōes certas apponē explicatias intētionis sue. sufficē in p̄mis debet ad ɔsensū h ɔ̄tatis vsus toti cōis eccīe q̄ sic hz et recipit. cui siq̄s detrahit imprudent̄ se decipit. Sūt āt tres conditiones ꝓpt̄ q̄s pie p̄t ɔferēs apponē limitatōes certas. vna cōcernit psonā recipientē. altēa psonā ɔferentē. tertia psonā affinē vel attinentē.

Particula: xx

Attende et videbis expediens
esse psone recipiēti ꝙ limitetur
ad certa suffragia q̄tin⁹ reddat ani
m⁹ ei⁹ magis solicit⁹ debitū solue͂ et
int ētione suā in deū dirige͂ quatin⁹
ꝑterea maneat ei⁹ ↄsciētia securioꝛ
quo poterit agnosce͂ ꝙ obligatione
soluta q̄et⁹ manet. nec puipēdēde sūt
due rōes iste q̄b⁹ addit͛ tertia Con
stat nāq̃ʒ apud deū q̄ nouit oīa. qui
et dicit. Ego de⁹ et nō mutoꝛ. nihil
esse nc̄citatis apire nr̄as intētiones
et affectōes expone͂. hoc g⁹ req̄rit͛
ꝓpter nos orātes vt scʒ exhibeam⁹
nos tales nobis ip̄is quale͂ cupim⁹
ce͂ deū nobis pios amicos sedulos
ↄpatiētes et ita de reliq̄s affectib⁹.
Sʒ q̄s nesciat ꝙ orans plus moue
tur et afficit͛ in se ip̄o dū ad pticula
ria respicit. dū bn̄factoꝝ munera. dū
obligatōes. dū intētōes. dū nc̄cita/
tes ↄsideat q̄ʒ i quadā vniuersalita
te se tenēdo

particula. xxi.

Videbis rursus circa psonā cō
ferentis expediēs esse frequen
ter ⁊ necessariū aliq̄n suffragia limi
tare Prio si ad illa suffragia teneat͛
vel ex voto vel ex sacerdotis iniun/
cto vel ex alteri⁹ testamēto. legato.
vel mādato. Certū est ꝑinde suffra/
gia ecc̄ie vel singularis persone non
tātū valere ꝓ mille aut oīb⁹ q̄ntū
si ꝓ vno fiant. et hoc ad p̄ns suppo
nat͛ ex alijs opusculis. Nec est ↄtra
uersia qualiscūq̃ʒ apud doctores de
suffragio satisfactōis ⁊ redēptionis
sicut exēpla ciuilia et quotidiana cō
uincūt de debēte centū francos q̄ li
berarent͛ cētū ꝓ se solutis. sʒ additis
secū decē sotijs in pticipatōe libera
tionis. ↄtraria ei⁹ tantundē liberatio
tardaret͛.

Particula xxij

Videbis deniq̃ʒ circa psonā af
fine͂ vel attinentē psone ↄferē/
tis referre q̄ʒ plurimū si viderint et
senserint p successiones tēpoꝝ ⁊ ge
nerationū ꝙ talis parens eoꝝ vel
affinis talis fuit pie solicitudinis vt
ꝓ se et suis talia fieri cōstitueret pie
tatis officia. Nonne mouent͛ ac cō
mouent͛ ꝑinde ꝑces cū graꝝ actōe
et laudib⁹ ad deū deferre. Nōne ꝓ
babile est eosdeʒ animādos fore vt
queādmodū ille fecit ita et ip̄i faci/
ant. deductio latioꝛ ptʒ aduertenti

Conclusio. vi

particula. xxiij

Solicitudo pia cōferentis tpa/
lia p̄t cū bono corde neduʒ in
suffragijs cōditōes appone͂. sʒ cū h̄
loca certa et honorabilia sue sepeli/
tōis elige͂ cū appensione insigniorū
seu tituloꝝ cōscriptōe iuxta sui stat⁹
qualitate͂ sic de pompa funealiū di
ceret͛ Sequit͛ hec ↄclo p deductōes
ꝑcedētes. et q̄m inueniunt͛ sc̄tissimi
p̄res talia curasse. nā pie recogita/
ta cedūt oīa ad honore͂ magnificū
dei ⁊ ecc̄ie tā militāt. q̄ʒ triūphant.
et ad fide͂ spe͂ q̄ʒ resurrectiōis astru
endā et incredulōꝝ cōfutatōeʒ ꝓfi
ciūt. Veritas ē talia oīa cōuerti nc̄
in bonā nūc in malā ꝑte͂ ꝓ facientiū
ꝓ cōferētiū. ꝓ recipiētiū. ꝓ inspicie͂
tiū. ꝓ interp̄tantiū diuersa et aduer
sa q̄litate. neq̃ʒ oīno alit͛ inuenies

in opatõib' hũanis extrinsec' exhibitis. Ad qd adduci pt illd comuni. Talia sũt oĩa q̃lis est anim' vtentis Queãdmodũ de diuitijs aut paupertate dixit sapiens ꝙ substantia pauperis ẽm cor eius

¶ Particula xxiiij

FUndamentũ suscipit h loco saluberrimũ illud xpi pceptuꝫ ab aplo repetituꝫ. Nolite iudicare. Qd vtiqꝫ de talib' ad vtrũlibet indifferẽtib' intelligit cẽ pceptũ vt q̃ mãducat nõ mãducanrẽ nõ spnat. et ecõtra. Qui offert tpalia nõ offerentẽ nõ spnat illinc abbas pastor dic inq̃t sp tibi. tu q̃s es. Et ne iudices quẽq̃ꝫ. Sic et saluabit hũilitas. et curiositas supba piculosa temẽana et inquieta confundetur

¶ Particula. xxv

¶ Conclusio vi.

SOlicitudo pia oferẽtis tpalia defraudat si nõ impleat obligatio vel pmissio vel conuẽtio secũ facta cessãte causa legitima non implẽdi. Cõseq̃t ad pma hec. vij. oclo. Restat solũ difficultas in assignatõne cãꝝ seu casuũ q̃b' et qñ pt ptermitti a recipiẽte illud qd cõferẽs instituerat. vna cã est necitatis. altera maioris vel vrgẽtioris vtilitat. tertia p dispensatõeꝫ supioris auctoritatis q̃ duplex est. vna supma papealia ordinaria prelatoꝝ.

¶ Particula. xxvi

NEcessitas incũbit nũc ex impotẽtia vel infirmitate recipienti. nũc ex fortuitis demolitõib' ecciaꝝ ex dissipatõib' hẽditatũ atqꝫ redditũ q̃b' sustẽtãd' erat minister ecclesiastic' cui' bñficiũ qd dabat pter officiũ si psus deperijt nõ videtur astrict' remanẽ seruitio nisi fortassis obligatio remaneat aliunde.

¶ Particula xxvij

POrro maior aut vrgẽtior vtilitas puenit q̃nqꝫ p tpis successũ. Ubi optet iuxta verbũ iuristaꝝ ꝙ alia rõ reformet pactũ. Nec ẽ illud mirabile insolitũ vl' impossibile. cũ in iuramentis et votis generalit emissis de futuro plerũqꝫ sic eueniat vt q̃ generalit pmissa bõ esse videbant fiãt in casib' pticularib' vl' nõ obseruãda vl' mutãda qꝛ noxia sũt vel inutilia morib' vel dissona ecciasticis ritib' seu boni maioris impeditia Suppetũt exẽpla frequẽt siq̃s aduerterit vt si q̃tidie dicenda sit missa de req̃eꝫ. veniet dies natal' dñi. dies resurrectõis ei'. dies pentecostes. Cõueniũt parochiani ad auditõeꝫ misse q̃ tũc forte nõ habetur ab alio. puto null' dicẽt tũc cãtandũ esse de req̃eꝫ

¶ Particula. xxviij

ATtẽderẽt vtinã oferẽtes tpalia q̃d pl' honoris ⁊ celebritatis affert circa dinũ religiõis cultũ et viderẽt ꝙ aliqñ fructuosi' essꝫ p suffragijs habẽdis fũdare die obitus sui missas vel alia seruitia q̃ de sctis sũt aut de tpe q̃ꝫ si i solis funeralib' huitijs sisteret. Queãdmodũ si fiat vnum annuale iuxta ritum et significationem missalis. quotidie

videt hre pl⁹ deuotõis in suscipiẽte
qm̃ natura sic hꝫ vt identitas vel
assidua similitudo causet fastidium
Nihilomin⁹ oportet iuxta et ꝓpter
ꝑmissa pias oferentiũ et recipientiũ
dueẽtiões nõ leuit abrũpe. ꝫ tracta
re reuerent. Quãuis nõ ẽ arbitran/
dũ oẽs hmõi cerimoniales instituti
ones obligatorias eẽ ſb pena pcc̃i
mortalis si transgrediant qꝛ nec de
alijs cõstitutõib⁹ lõge essẽtialiorib⁹
ordini monastico hoc est sentiendũ
Cõtẽpt⁹ ãt nihil solicit⁹ sup imple/
tione taliũ crimẽ hꝫ tã apud mona/
steriũ seu collegiũ qꝫ apud singula/
res

Particula: xxix

Ueteꝝ ꝓ dispẽsatione supioris
additũ ẽ ꝓ tertia cã qm̃ non
olm ẽ passim tales casus descĩdẽ
sub regulis generalib⁹ emergentes
ꝫ ad ꝑlatos spectat interꝑtatio iu/
ridica. ad doctoẽs scholastica. ꝑser
tim qñ põt eẽ rõnalis dubitatõ de
duplici casu ꝑori. necessitatis videlꝫ
ꝗ maioris vtilitatl. Grãdis ꝟo nũc
agiri possit discussio sup hac mate/
ria dispẽsationũ et cõmutationũ tã
in respectu dispẽsantiũ qꝫ in ordine
dispẽsationẽ ꝗrentiũ et recipientiũ
q̃ specialẽ postulat sepatũ qꝫ tracta
tũ sic et q̃vaꝫ alia cursim hic ꝑtrãsi
ta

Particula xxx

Dicam⁹ vnũ hic et nũc ꝓ expe/
diẽti tuti⁹ esse sp assumẽ dispẽ
sationẽ supioris seu cõmutationẽ q̃
vt haberi cõmodi⁹ possit ꝑ auctoritate
ab auctoritate ꝑli ꝑsertim in religi
onib⁹ exẽptis ꝙ det aliq̃s ab eo sb/
stitut⁹. sit de religione. sit ali⁹ q̃ facul
tatẽ habeat totiẽs q̃tiens videbit
dispensandi ad quẽ facilis pateat
accessus. Hoc cõsiliũ i alijs etiã ca/
sib⁹ cõscie scrupulosis salubre ẽ. sint
illi casus occulti sint publici sint sup
pcc̃is. sint sup penis et irregularita/
tib⁹ pccõꝝ

Particula xxxi

Nemũ papa rite cõsult⁹ non se
reddet difficilẽ cõcedere talia
qñ et vbi nõ apparet fraus vel laq̃/
us ista ꝗrentiũ. nõ in velamen false
libtatis malicie. ꝫ serenatõeꝫ cõscie
et dilatatõeꝫ viarũ pnie. Qua in re
colligit ex cõsequẽti de ꝑticularib⁹
exẽptionib⁹ a ꝑlatis ordinarijs ꝙ
frequent noxie sũt. nedũ ꝓpt ꝑiudi/
ciũ iuris alieni. nedũ ꝓpt cõturbatõ
nẽ ordinis ecc̃iastici et gerarchici.
verũ ꝓpt incõmodũ collegij sic exẽ/
pti. Cur itaqꝫ nimiꝝ ꝑclusit sibi re/
cursũ facilẽ ad ꝑlatũ ordinariũ dũ
q̃suiuit q̃i libertatẽ excutẽ iugũ suum

Particula. xxxij

Conclu
sio. viij.

Solicitudo pia tꝑalia cõferẽti.
si ordinauit missã esse dicẽdaꝫ
exẽpli grã die lune ꝓ se ipo. defrau
dat ꝑ recipientẽ sic obligatũ si det
talẽ missã ꝓ altero siue fiat B ex ꝑo
ri siue fiat ex obligatõe vel suscepti
one subsequẽti. Rõ ꝑspicua ẽ ꝑ de/
ductionẽ ad impossibile vel inopia
bile. Da siq̃deꝫ ita eẽ ꝙ vna missa
sufficiat ꝓ duob⁹ dabis obsequent
ꝙ sufficiat et liberabit pro tribus.
pro decem. pro centum. pro mille.

et ita ꝓ quotlibet et ꝓ toto mūdo. Dabis vlteri⁹ ꝙ nō erit melior cōditio ꝓcurantis sibi missā peculiarem Dabis deniqꝫ ꝙ ꝓ vna missa potuerūt centū habite sub voto sub ꝓmisso. sub iniūcto p̲ forꝫ pnie vel alteri⁹ iustitie solui. Cur ergo tot prebitēi tot misse ↄstituūt. cū vnus sacerdos cū sua missa vnica satis esset ꝓ omīb⁹

¶ particula. xxxiij

Vellet addere forsitan aliq̄s ꝙ recipiēs dū habebat ꝑus ad sufficientiā ꝓ sustētatōe stat⁹ sui vł ex bñficio vel patrimonio vel pie collato fraudat et peccat tā primū qꝫ se cū tota ratio ↄferēdi tp̲alia ministris ecclesiasticis videat̄ esse sua sustentatio. nō diuitiaꝝ accumulatio. vel ornat⁹ pompatic⁹. Sꝫ hec assertio durior est qꝫ optet. sup̲ qua meminī ꝑoeꝫ in quadā lectōne q̄suisse Deniqꝫ qualis ⁊ q̄nta sit mēsuratō sufficiētie stat⁹ nō p̄t sub arte tradi. Nā qd̄ vni parū est fit alteri nimiū imo fit in eodē ꝓ varietate tp̲m et circūstantiaꝝ. talis varietas q̄nqꝫ rōnabilit̄ q̄nqꝫ vero culpabilit̄. dūꝫ q̄s accipit et ascēdit statū sibi mo/rib⁹ qꝫ suis et meritis improportio/natum faciēs sibi nō de necessitate virtutē ꝫ de vicio necēitatē. Nōde ꝙ recipiunt̄ aliq̄ñ tp̲alia p̄ter vł vltra necessitatē pn̄teꝫ. aut nō ꝓ solo sta/tu recipiētis. sed ad alioꝝ ꝓuidam piam qꝫ releuationem

¶ particula. xxxiiij

Sollicitudo pie ↄferētis tp̲alia procurando sibi missā iuxta casū ꝑorē nō defraudat̄ si p̄sbit̄ recipiēs adiūxerit alios in orōib⁹ suis publicis aut secretꝭ. vt in memento. aut si offerētes vt solet post euangeliū recipit Modcrat̄ hec ↄclusio p̄cedētē. ritū simul ecc̄ie ↄseruat. et exercꝫ caritatē. quaꝫ rursus a terrena cupiditate discernit. Deniqꝫ doctoꝝ cōsi/liat apparentē in aliq̄b⁹ discordiam cui⁹ aspect⁹ ad diuersa hui⁹ ad hec illi⁹ ad ista vertebat̄

¶ Particula xxxv.

Querām⁹ a ↄferēte tp̲alia q̄stiones aliq̄s vt ex sua r̄nsiōe veritas magis emineat Et ꝑmo vis o frater vt in missa quā ꝓ te dici ↄsti/tuis nulla dicat̄ locis suis alia penit⁹ orō quaꝫ ꝓ te. puto r̄ndebit sic ⁊ r̄ndē debebit ꝙ hec fieri nō ꝓhibet Vis rursus o fr̄ ꝙ in memēto tam ꝓ viuis qꝫ ꝓ defūctis null⁹ ↄmēdat⁹ habeat̄ nisi tu et tui R̄ndeat optꝫ ꝙ hoc nō intendit qm̄ institutioni ecc̄ie iaꝫ ipe repugnaret. Vis p̄terea ꝙ volētes ad offertoriū venire q̄ti/n⁹ ipi misse p̲ticipes sint repellant̄. certe nec ꝫ dicꝫ si ritū ecc̄iasticū plene cognouerit. Quid vis igit̄ tibi fr̄ fieri ꝓ peculiari missa tua Si r̄nderit volo. tota mea sit. tota cedat in sp̄ualē vtilitatē meā. tō valeat ad r̄missionē pc̄coꝝ meoꝝ ⁊ satisfcōis debite vel iniūcte redēptōꝫ. ꝫ an ꝫ ita vis fr̄ ꝙ sacerdos nihil sibi mereat̄. nihil se ipꝫ iuuet nihil ꝓ se ipō satisfaciat. nihil demū repēdat obseq̄ꝫ p̲ētib⁹ nihil bn̄factorib⁹ nihil ↄmēdat.

Similiter vt tu oferas nihil ecclesie tori militanti. Nolo dicet et iure di/cet. Quid supest igit̃ nisi referre q̄n/titatē suffragij deo que et qualis ti bi debita est. nolito murmurarē sciet ꝓfecto sciet ille qui montes ponderat in statera. tua similit̃ dona men/surare. Adde ꝙ in oblatiōe tua for tassis alij sūt melioris cōditionis vt participēt q̄ȝ tu ipe. Quo petes: hoc in q̄ȝ modo. qꝛ de bonis eoꝝ vno modo vel alio male q̄sitis facis ele mosinā. facis fundationē. dilatas pompā tuā. facere vis nomen tibi. aut modestius sentiendo loquēdo q̄ȝ. Tu debitor es parentib⁹. patrie. bn̄factorib⁹. deniq̄ȝ vniuerse cōmu/nioni sācto ꝝ. Ptꝫ igit̃ sub hoc incer rogationis ꝛ responsionis typo cō clusio declarata.

Particula: xxxvj. Conclusio. x.

Solicitudo pia cōferentis tp̄a lia nō defraudat̃ ꝫ iuxta con suetudinē ecclesie quā ipe scit appo/nat̃ vnus obitus exempli gr̄a cum suo certo die fundato. da oppositū. damnabis om̄es fere cathedrales et collegiatas et parochiales imo et monasteriales ecclesias. Cōtradi ces insup rationi q̄ nō vult vt cuili/bet oferenti aliquid ꝓ suo obitu fi ant semp exequie speciales. qm̄ sepe modicū et insufficiens est qd̄ offer/tur ad sustentationē ministroꝝ. Et obligatio de obitu faciendo condi tionē recipit. et si nō sp explicet̃ im/plicitā. Si vēo talis cōferēs tp̄alia nesciret cōsuetudinem ecc̄ie ꝓut ipi met de collegio seu corpe suo sciunt et ferē intētio sua ꝙ obit⁹ ānuatim fiat ꝓ se solo tali die. nihil tm̄ expli/cat sup h. tūc adhuc bona fides et eq̄tas recipiētiū saluat in sua cōsue tudine. Si āt fiat mutu⁹ et exp̄ssus cōsensus int̃ dantē et recipiētēȝ nō apparet ꝙ cōsuetudo militet vt alr̄ obit⁹ cōiugat̃. iuxta modū septime et octaue conclusionū

Particula. xxxvij Conclusio. xi

Recipiēs defraudat crebro se/met ipm in receptōe tp̄aliū q̄ȝ/uis videat̃ eē regula iuris ꝙ nemo sibi ipi sicē nec volēti aut cōsentiēti fa ciat iniuriā aut fraudē. nihilomin⁹ inuenit̃ p metaforā hōis ad se ipm fraus sicꝫ iustitia ꝛ h ad p̄ns suppo nat̃. Et tāgam⁹ i fc̄o modos aliq̄s. Prio si mētit̃ iniq̄tas sibi ꝛ ꝓrio dū nō implet nec implē ꝓposuit q̄ ꝓmi sit. satis est ei si pecuniā vtcūq̄ȝ col legēit q̄ui ditēs sibimet illō metricū: Promittas facito. qd̄ enim ꝓmittē ledit? Pollicitis diues q̄libet esse pt. Ato dū lucꝝ q̄rit in bursa. damnū ad quirit eternū in aīa. snia ē Augl.

Particula: xxxviij.

Facit aliā sibi defraudatōēȝ sb interp̄tatōis cuiusdā velo latē tē dum se iudicē ostituit in cā ꝓpria sue obligatōis omutās illā ꝓ volū tatis arbitrio. aut dū suffragia nō pl⁹agit ꝓ bn̄factorib⁹ et fūdatorib⁹ q̄ȝ pro ceteis quibuslibꝫ dicens sibi satis esse suam in generalitate sola intentionēȝ cōtinere quoniam sciet

distribuere deus put volet et quib⁹
volet et quantũ volet. Exemplũ de
paupe debitis insolubilib⁹ obliga/
to qui liberat se cedẽdo corã iudice
suo omnib⁹ bonis suis. Posita vi/
det hec doctrina sub fine cuiusdam
opusculi de valore orõis. ad dito d̃
quadã Melania nobili romana exẽ
plo. Verũ nõ ita sub vniuersali regu
la sermo fact⁹ est quin distinctionez
discretionẽ q̃z recipiat. Propterea
dicam⁹ viceuersa casus aliq̃s quib⁹
expedit et q̃nq̃z necesse est intẽtionẽ
ad particularia traducere.

Particula. xxxix

Constat in p̃mis q̃ licz de⁹ non
egeat intentione nr̃a vel orõe
ṗticulari sicut nec alijs bonis nr̃is
vt alijs bñfaciat. nihilominus vult
ẜm ordinẽ sue sapientie dare aliqua
dũ specialit̃ ad ipm dirigam⁹ orõs
nr̃as qualia nõ esset datur⁹ sine illis
vt nõ sint vacua sapiẽ sue opera iu/
xta verbũ sapiẽtis. Cõstat insup q̃
nouit de⁹ ponderare merita intẽtio
nes et corda ↄferentiũ tp̃alia. dat
tñ aliqua ↄferentib⁹ dũ fiũt orões
et suffragia postmodũ ꝑ ipis que
et qualia nõ daẽt si dimitterent̃ nec
fierent. Ptz in illis qui ↄstituunt in
suis testamẽtis aut aliunde certas
pecunias restitui vel dari paup̃ib⁹
qui licet sic ordinãdo possint mereri
nõ tñ ꝑficit eis et alijs tantũdẽ hec
volũtas nõ sequẽte effectu sicut se/
quente. qm̃ in casu maneret iste or
dinãs adhuc ad restitutionẽ poste/
ri⁹ obligatus

Particula. xl.

Concedim⁹ vltra q̃ recipiens
tp̃alia põt habere aliquotiẽs
orões feruentiores et deo placẽti/
ores dũ nõ facit eas in particulari
ꝑ his aut illis ꝑsonis. Imo tradit
Hugo de san. vic. in suo de oratiõe.
Et trahit̃ satis ex verbis sancti an/
thonij q̃ oratio tũc est acceptissima
deo dũ omniũ et sui ipi⁹ obliuiscit̃
nec scit quid petit ꝓpter quendã in
deo raptũ et subleuationẽ vel asce/
sum. Nõ aũt modo loq̃mur de orõe
tali. sed potissime de vocali sup quã
et de qua cadit vt plurimũ obliga/
tio dũ ꝑ suffragijs tp̃alia ↄferunt̃

Particula. xli

Vtinam vtinã ꝑsuasũ habe/
rẽt hõies seculi quãtũ sit acce/
ptior orõ talis p̃ deuotos silẽtes ꝛ
q̃etos. q̃ntũ p̃tẽa sua ad deũ eleua
tio etiã iocundissima prorsus ꝛ sua/
uissima plus impetrat apud deum.
plus eundem placat. plus soluit de
penis debitis. plus de mẽit ꝛ gra
tijs impetrat. q̃z sola talis exercita
tio corp̃alis in vigilijs supra mo/
dum et canticorum multiplicationi
bus que sepe plus exturbant cere/
brum et tedium gignunt q̃z deuoti
onem inducant Qualia per ꝓphe
tam notauit aliquãdo dominus di
cens. Aufer a me tumultum carmi/
nũ tuorũ. nõ ideo tñ vt culpem⁹ ita
loq̃mur. sed vt rationabile fiat ob
sequium. Et bono vni melius aliud
preferatur. Necz semper animalis

homo ꝓualeat et spūalē ordine non recto diiudicet Sꝫ qd! vt hōies sūt ait qdā ita morē geras ꝓuilegiū qꝫ paucoꝝ officia leges ꝗ instituta nō mutat plimoꝝ

Particula. xlij

Adam⁹ ꝙ in certis casib⁹ nō expediret vt recipiens tpalia haberet ad oferentes pticularē ni/ mis aut frequentem recogitationē. Docet hoc exemplū magni patris Arsenij qui rogat⁹ a quadā nobili matrona vt sui recordaret. Ora in/ qt deū vt de⁹ deleat ex animo meo memoriā tui. Sūt itaqꝫ tales aliqñ recordatōnes plus orantē suis fan tasijs impedire qꝫ deuotionē agere vel purā efficere reuoluendo

Particula: xliij.

Subiungam⁹ cōsequent̄ ꝙ ex humilitate laudabili pōt fieri corā tali aliqua cessio omniū bono rū spūaliū in manib⁹ suis ꝓportio/ nabilit̄ ad forū extrinsecū de tpali/ bus bonis ratione debitoꝝ ꝗ hec ex ɔsideratōne tot exactoꝝ qb⁹ ob/ noxij sum⁹. et qui nos ꝑmunt ꝗ quo dāmodo suffocāt dicentes ex omni parte. Redde qđ debes vt sūt crea tio recreatio. redemptō. debitoꝝ to tiens facta remissio. Preterea tam crebra nunc vno modo nunc altero immediate ꝗ mediate facta receptō Quo casu paup homūcio sic deꝑ/ hensus et angustiat⁹ dicere pōt ad deū. Dñe vim patior responde pro me. Tu inquā q̄ ꝑciū nr̄m es. nr̄a iu stitia. nr̄a redemptio. Redde credi/ torib⁹ meis qño vis et scis. tñmo/ do vita gratie in paupertacula hac me sustentes et satis est

Particula: xliiij

Porro nullus debet in dubitati onem vertere qn particularis intentio et attentio directa deo pro istis aut ꝓ illis sit efficacior ꝗ lau/ dabilior plerūqꝫ. Primo ex gratitu dinis virtute et ingratitudinis eui/ tatione. Scđo ex augmento deuo tōis affectualis quā naturaliter ha bet parē bñficioꝝ recordatō si grā dei ɔiungat̄. Dici solet et verū est ꝙ particularia magis mouēt. imo ɔsiliū est ꝓ duris et indeuotis vt ꝑ cogitationes tales semet ip̄os affi/ ciant et durū cor emolliant. Tertio qr fit obligatōis certior impletio ꝗ ad serenationē ɔsciētie satis valēs dū expit̄ homo se fecisse vel facere qđ tenet̄ ex ɔuentione. Demū non impedit̄ ex hac particulari recogita tōe cessio fieri generalis qualē nota uim⁹. Ꝭ iuuat̄

Particula: xlv

Recipiēs tpalia ꝑt iteꝝ defrau dare se ip̄m dū maledictionē incurrit qua dr̄. Maledict⁹ q̄ ptem suā facit deteriorē. Iteꝝ ē itaqꝫ ꝙ op⁹ spūale factū ꝓ satisfactōe non valet tātūdē ꝓ multis sic̄ ꝓ pauci. ceteris parib⁹. Obligās igit̄ se ad satisfaciēdū ꝓ alijs nō tātūdē facit ꝓ ꝓprijs suis debitis in hoc mūdo vel in purgatorio quātū si ꝓprie li/ beratōi tot⁹ insistēt. Stabit g° ꝙ ꝑ receptōe sustētatōis h⁹ vite mōtalis

laborabit in purgatorio penas lu/ens mltis ānis. q̄uis in casib' mltis charitas ad ꝓximū exhibita pie re/cōpensare valeat hmōi dilationem liberationis ꝓprie in augmento pre/mij vite eterne. Dum ꝑterea fecit se homo pauperē ꝓpter deū et salutez ꝓpriaz. dum rursus fecit aliunde si/bi amicos de māmona iniquitatis. dedit q̄z vt reciperet. et recepit vt da/ret.

¶xlvj particula

[C]Aderet hoc loco materia de mēdicitate corꝑali. vtrū videlz obligetur recipiēs elemosinā sub titu/lo mendicitatis. hoc est solo titulo et respectu naturalis defect' absq̄z alia recōpensatione seu redditione mutua temporali vel spirituali. alio/quin nō esset vera mendicitas ẜ com/mutatio qualis est in ceteris ecclesi/asticis redditnatis. Utrū inquā ta/lis mendicans tuti' et liberi' viuat apud deū et hōies q̄z alij qui nolūt esse cōtenti solo hmōi pauꝑtatis ti/tulo. ẜ obligationē iuri diuino ⁊ na/turali consonā volūtarie cōiungūt. imo cōsequenter laberet hec inq̄sitio si stant isti duo tituli pariter in eodez et ꝑ eodē. mendicare et orōnū vicē sub obligatōnis pacto rependere. De inde ꝓfundi' fodiendo aut agitan/do pulcer veritatū thesaurus et ful/gor apparêt oculis nō infectis. sed ad exitū ꝓposite cōquisitionis iam sermo festinat.

¶xlvij particula

[R]Ecipiens defraudat se dū ac/cipit officiū intercessiōis ipse q̄ deo displicet et est in pccis tot'. Fue/rūt q̄ dixerūt multa et terribilia cir/ca materiā istā de pctōrib' ecclesia/sticis. vt q̄ sūt fures et latrones in tractatione et dispensatione et rece/ptione tꝑaliū q̄ nō faciūt fruct' su/os ⁊ q̄ tenentur ad restitutōnē. nec pos/sūt inde elemosinā facere cū multis similib' q̄rꝝ aliqua sūt expresse dam/nata que erant de errore albigēsiū et waldensiū ⁊ nouissime wiclistarū qui sumpserūt occasiones errādi ex odio et zelo. Nō ẜm sciaz cōtra di/scolos mores ecclesiasticoꝝ q̄s intu/ebantur magis detestando et cū indi/gnatōe q̄z miserando cū pia orōne et modesta redargutiōe. Arguēdo ꝑterea ꝑ similitudines dispensatio/nis tꝑaliū ad spūalia que nō semꝑ eisdem pedib' currūt.

¶xlviij particula

